UM ad munus exhibendarum angariarum cum callis creatus, a confortibus muneris sollicitudine deferta, solum te fundum esse proponas: sumptuum detrimenta si qua acciderint, collatione eorum quos munus oportuerat participare, provisione praesidis diuidentur. quod si etiam a te obsequium derelictum esse cognoverit: quid censuram publicam congruit, non ignorat.

DE HIS QUI EX OFFICIO QVOD administrarunt, conveniuntur.

TIT. XXXVIII.

1. Imp. M. Antoninus A.

FOENORIS reipublice, quod non tua culpa perditum esse apparuerit: sufficit fortis damnnum non etiam usurarum eius sustinere.

DE SOLUTIONIBVS ET LIBERATIONIBVS DEBITORVM cluitatis.

TIT. XXXIX.

1. Imp. Alexander A. Quatuorviris & decurionibus Fabretanorum.

CAUTIONES seruatorum publicorum ita demum firmam securitatem debitoribus praestant, si curatorum assignantium, vel eorum quibus exigendi ius est, auctoritate subnixae sunt. Cum autem is qui exsoluisse dicitur, solum scripturam actoris suscipiens pecuniam promittat: ea tantum despectio consequitur admitti, si quod exsolutum est, rationi reipublice profecisse doceatur. Sanq. curator vestre: si

fraude serui constiterit effectum ut intersperantur a curatore illarum a debitoribus quantitates: de periculo eius, quod eo modo deest, restituet.

DE SPECTACVLIS ET SCENICIS, & lenonibus.

TIT. XL.

1. Imppp. Valens, Grat. & Valens. AAA. ad Hesperium proconsulem Africæ.

NON invidemus, sed potius cohortamur amplectenda felicitis populi Rudia, gymnici ut agones, spectacula reformentur. Verumtamen cum primates viri, populi studiis ac voluptatibus grati esse cupiant: promptius permittimus ut integra voluntas sit, quæ volentium celebratur impensis. Dat. vi. Id. Mart. Treuer. Valente v. & Valentiniano AA. Coss.

2. Imppp. Gratian. Valens. & Theod. AAA. ad Valerianum P.V.

EOS qui agitando munus exercent, illustris auctoritas tua, nullis præter Circense certamen adfici nouerit oportere supplicis. Dat. viii. Idus Maij, Eucherio & Syagrius Coss.

3. Idem Augusti ad Valerianum.

QUISquis equos quos vel serenitas nostra, vel ordinarij consules tribuunt voluptatibus, ad commodum compendijque priuatum abduxerit: vnus libræ auri condemnatione multetur. Datum viii. Kal. Maij, Treu. Eucherio & Syagrius Coss.

4. Imppp. Theod. Acad. & Honor. Augusti Rufino P.P.

SI qua in publicis porticibus, vel in his capitatum locis in quibus nostræ solent imagines consecrari, pictura pantomimum velle humili, & rugosis sinibus agitatore, aut vilem offerat historionem: illico reuocatur, neque vnquam posthac liceat in loco honesto inhonesta adnotare personam: in aditu vero circi, vel in theatri profectis, ut collocentur, non vetamus. Datum iii. Kal. Iul. Hieracleæ, Arcad. A. III. & Honor. A. II. Coss.

5. Imp. Honor. & Theod. Augusti Anhemio P.P.

EMO iudicum ex quacumque ciuitate in aliud oppidum vel ex provincie solo equos curules, aurigas bestias, historiones, ciues tenet tradere: ne dum popularibus plausibus intemperanter feruunt, & publicarum rerum satum fatigent, & festiuitatem impediunt in cunctis oppidis celebrandam: ita ut si quis hanc violauerit iurisdictionem, poena teneatur ea quæ legum violatores persequitur. Datum viii. Id. Aug. Constantinoj, Honorio viii. & Theodosio iii. Augusti Coss.

6. Imp. Theod. & Valens. Augusti Florentio P.P.

LENONES patres & dominos, qui suis filiabus vel ancillis peccandi necessitate imponunt: nec iure serui dominij, nec tanti criminis patimur libertate gaudere. Igitur tali placet eos indignatione subduci, ne potestatis iure serui valeant, neque quid eis ita possit acquiri: sed ancillis filiabusque, si velint, conductiue pro paupertate personis, quas fors damnauit humilior, episcoporum liceat, iudicum etiam, defensorumque implorato suffragio, omni miseriarum necessitate absolui: ita ut si insistendum eis lenones esse crediderint: vel peccandi ingerant necessitatem inuitis, amittant non solum eam quam habuerint potestatem, sed proscripti, poenæ mancipentur exilij, metallis addicendi publicis: quæ minor poena est, quam si praescripto lenonis cogatur qui spiam coitionis sordes ferre, quas nolit. Datum xi. Kal. Maij, Felice & Taurino Coss.

NE quis deinceps lenocinium exerceat, & nullus reditus inde largitionibus inferatur, nullus ancillam ingenuamve prostituat, alioquin humilior sit.

LIOR qui id fecerit, coercitus metalli & exilij poena damnabitur: honestior bona & militiam ac dignitatem amittet. His quoque abstineant thymelicum. Quod si ancilla prostituta sit, ut gratuito vindicetur, ab omnibus viris aut staminis, clericis aut monachis. Et vti hæc obseruent magistratus tam minores quam maiores & officia eorum, & corporis & xx. librarum imminente poena.

DE EXPENSIS LV DORVM publicorum.

TIT. XLII.

1. Imp. Dioclet. & Maxim. Augusti.

UM praesidem provincie impensas quæ in certaminis editione erogabantur, ad refectorem murorum transtulisse dicas: & quod salubriter deriuatum est, non reuocabitur: & solenne certaminis spectaculum post restitutam murorum fabricam, iuxta veteris consuetudinis legem celebrabitur. Ita enim & tutelæ ciuitatis instructæ murorum praesidio, prouidebitur: & instaurandi agonis voluptas confirmatis his quæ ad securitatis cautionem spectant, insecuti temporis circuitione representabitur.

DE AQV AEDVCTV.

TIT. XLIII.

1. Imp. Constantinus A. ad Maximilianum Consularem.

AQUARUM possessores, per quorum fines formatum meatus transeunt, ab extraordinariis oneribus volumus esse immunes: ut eorum opera aquarum ductus foribus oppleti, mudentur: nec ad aliud superinductæ rei onus iisdem possessorebus attendimus: ne circa alios occupati, perurgium formarum facere non curent, quod si negligenter, amissione possessionum multabuntur. nam sicut praedium eius obtinebit, cuius negligentia perniciosem formam congerit. Præterea scire eos oportet, per quorum prædia aqueductus commeat, ut dextra levæque ex ipsis formis quindecim pedibus intermissis arbores habeant: obseruante officio iudicis, ut si quo tempore pullulauerint, excidantur: ne earum radices fabricam formæ corrumpant. Dat. xv. Kal. Iun. Gallicano & Symmacho Coss.

2. Imppp. Valens, Theod. & Acad. Augusti Paneratio P.V.

SI quis de cætero vetiti furoris audacia florentissimæ vrbs commoda voluerit mutilare, aquam ad suum fundum ex aqueductu publico deriuando: sciat eundem fundum fiscalis tituli praescriptione signatum, priuatis rebus nostris aggregandum. Dat. viii. Constantinoj, Timasio & Promoto Coss.

3. Idem Augusti Albino P.V. Romæ.

EOS quia aquæ copiam vel olim vel nunc per nostram indulta meruerunt, usum aut ex castellanis, aut ex ipsis formis iubeamus elicere, neque eorum sicutularum quas matricas vocant, curium ac soliditatem autentare, vel ab ipso aqueductu trahere. Quod si quis aliter fecerit: non solum id quod prius iure beneficij fuerat consecutus, amittet: verum pro conditione quoque personæ seuerissima poena plectetur. Dat. v. Cal. Septemb. Rom. Timasio & Promoto Coss. & PP. iiii. Kal. Iun. Constantinoj, Olybrio & Probino Coss.

4. Imp. Acad. & Honor. Augusti Asterio Com. Orientis.

Vsum aquæ veterem, longoque dominio constitutum, singulis ciuibus manere censemus, nec villa nouatione turbari: ita tamen, ut quantitatem

singuli quam veteri licentia percipiunt, more usque in presentem diem perdurante percipiant: mansura poena in eos qui ad irrigationes agrorum, vel hororum delicias, furtiuis aquarum meatibus abutuntur. Dat. Kal. Nouemb. Caesario & Attico Coss.

5. Imp. Theod. & Valens Cyro P.P.

SI quis per diuinam liberalitatem meruerit ius aquæ: non viris clarissimis rectoribus prouinciarum, sed tunc præcellentissimæ sedis caelestes apices intinere debent: condemnatione contra illum qui preces moderatoribus insinuare conatur, quinquaginta librarum auri, & contra vniuersos administratores qui rescriptum per surreptionem elicitum suscipere moluntur, proponenda: apparitoribus nihilominus eorundem virorum clarissimorum prouincie moderatorum, animaduersionibus pro vigore tui culminis subiugandis: & amplissima tua sede dispositura, quid in publicis thermis: quid in nymphæis pro abundantia ciuium conueniat deputari: quid si personis, quibus nostra serenitas indulset, ex aqua superficiali debeat impartiri.

6. Idem Augusti Cyro P.P.

OMNIS seruitus aquarum aqueductus Hadriae, siue domorum, siue possessionum, siue suburbanorum, siue balnearum, vel per diuinos affectus intimatos in quolibet iudicio, vel per usurpationem imperitos, penitus exprobreter. malum etenim praesidium aqueductus nostri palatij, publicarum thermarum ac nymphæorum commoditatibus inferre, & decernimus hanc dispositionem modis omnibus in posterum seruari: nemini licentia tribuenda, ab eodem aqueductu precibus oblati vsum aquæ petere, vel eum audere perforare: scientibus his qui qualibet ratione putauerint ad huiusmodi molimen accedere, vel officio ausus fuerit intruere) vel minus instructis precibus parere, centena pondus auri multæ nomine fiscalibus rationibus se esse illaturos. Super his sancimus sulcum publicum aquarum nullis intra decem pedes arboribus coartari: sed ex utroque latere decempedale spatium integrum illibatumque seruari. Præterea de plumbeis fistulis ducentibus ad thermas, quæ Achilleæ nuncupantur, quas prouidentia tua magnificentia factas fuisse cognouimus, eandem formam seruari censemus. etenim memoratas fistulas thermis tantum & nymphæis, quibus eminentia tua deputauerit, volumus inferuire: facultate præhenda tunc sublimitatis apparitoribus, circumuendi sine formidine domus, suburbana, balnea, ad requirendum ne qua deceptio vel suppressio vel insidie contra publicam utilitatem a quoquam penitus attententur.

7. Idem Augusti Eutychno præfecto præ.

AD reparationem aqueductuum huius alme vrbs omnia veltigalia quæ colligi possunt ex vniuersis scalis huius inclite vrbs, & ex operariis qui Cyziceni dicuntur, ad refectorem eiusdem aqueductus procedere, illo videlicet obseruando, ut nemo eorum qui ius aquæ possident, quamcumque descriptionem sustineat, nam execrabile videtur domos huius alme vrbs aquam habere venalem.

8. Imp. Zeno A. ad Amantium P.V.

Hæc lege sancimus, ut si quis amplissimam præfecturam gubernans, aurum aqueductui deputatum, ad alterum quodlibet opus non aqueductibus, vel aquæ publicæ competens, extruendum, vel curandum putauerit conuertendum: de suis facultatibus eandem summam aqueductus titulo repensare cogatur. Separatus vero arcarius aurum aqueductus suscipiat gloriosissimorum consuluum liberalitate, vel ex aliis titulis ad aquas publicas pertinentibus collectum, vel postea colligendum.

9. Idem A. Poratio.

Diligenter inuestigari decernimus qui publicis ab initio fontes, vel cum essent ab initio font-

tes priuati, postquam publico vsum prebuerunt, ad priuatorum vsum conuersi sunt, siue sacris apicibus per surreptionem impetratis, ac multo amplius si auctoritate illicita, nec appetito colore sacri oraculi huiusmodi aliquid pertentatum fuisse dignoscitur: ut ius suum regis ciuitati restitatur: & quod publicum fuit aliquando, minime sit priuatum, sed ad communes vsus recurrat: sacris oraculis vel pragmaticis sanctionibus aduersus commoditatem vrbis quibusdam impertitis, iure cassandis, nec longi temporis prescriptione, ad circumscribenda ciuitatis iura profutura.

10. Idem Augustus Pontio.

Decernimus, ne quid a quacumque persona, qualibet dignitate praedita contra minuscularios aquaeductus vel fontes publicos qui ad aqueductus confluunt, pertententur. Sed & si quis clam vel palam auctoritate confusus, de iisdem paragogiis, vel fontibus aquam traduxerit, vel clandestinis insidiis forte surrepserit, publicis aqueductibus eam restituere compellatur. Hac etiam praecipimus, ne in posterum a quolibet iuxta eosdem aqueductus plantari qualescumque arbores possint, ne ex stirpibus labefactentur parietes aqueductuum: quod antiquis etiam constitutionibus interdictum esse dignoscitur: scientibus vniuersis, quod in posterum super huiusmodi commissis suburbanum, vel praedium, vel balneum, vel aquaeductus, vel hortus, ad cuius vsum aqua publica fuerit deriuata, vel si quid ex his iuxta aqueductum positum ad eum pertinet qui plantauit arbores aqueductibus noxias, ad quemcumque pertineat locum, vel hominem, vel domum, proserptionis titulo subiacebit, & sibi iuribus vindicetur: nulli super huiusmodi poena nec per sacros apices venia tribuenda. Vniuersos autem aquarios, vel aquarum custodes, quos hydrophylacas nominant, qui omnium aqueductuum huius regis vrbis custodes deputati sunt, singulis manibus eorum felici nomine pietatis nostrae impresso signari decernimus: ut huiusmodi adnotatione manifesti sint omnibus, nec a procuratoribus domorum, vel quolibet alio ad vsus alios auellantur, vel angariarum vel operarum nomine teneantur. Quod si quem ex hisdem aquariis mori contigerit, eum nihilominus qui in locum defuncti surrogatur, signo eodem notari praecipimus, ut militum quodammodo sociati, ex-cubitis atque custodiis iaculenter inhareant: nec muneribus aliis occupentur.

11. Imp. Anastasius A. Scruo PP.

Quinam dispositionem ab inclitae recordationis principe Theodosio super his qui aquam sibi de publicis aqueductibus seu fontibus praebere desiderant, promulgatam, hac etiam lege in sua firmitate durare sancimus: quatenus nemo vel in hac sacratissima ciuitate, vel in prouinciis sine diuini apicibus de sacro epistularum scrinio more solito edendis, & iudicio tunc celsitudinis, vel aliis quorum interest, intimatis vel intimandis, aquam de publico aqueductu seu fonte trahere permittatur: his quicumque nostra iussa violauerint, seu violare conseruerint, denarum librarum auri condemnatione, aliisque grauissima indignatione feriendis.

DE GLADIATORIBVS PENITUS TOLLENDIS,

TIT. XLIII.

1. Imp. Constantinus A. Maximo P.P.

Cruentia spectacula in otio ciuili & domestica quiete non placent: quapropter omnino gladiatores esse prohibemus. PP. Beryti, Calend. Octobr. Paulino & Iuliano Consi.

DE VENATIONE FERARVM,

TIT. XLIII.

1. Imp. Honorius & Theodosius AA. Mauriano Com. Domestico & vices agra. Magistr. nulli.

Occidentorum leonum cunctis facimus potestatem, neque aliquam finimus quemquam caelum formidare. Bestias autem quae ad comitatum ab omnibus limitum ducibus transmittuntur, non plus quam septem diebus intra singulas ciuitates detineri praecipimus: violatoribus eorum quinque libras auri sibi iuribus illaturis. Dat. xlii. Cal. Iul. Constantio & Constante vv. CC. Consi. & Dat. v. Kalend. Octobr. Constantino. DN. Honor. A. xi. & Constantino ii. v. C. Consi.

DE MAIUMA,

TIT. XLV.

1. Imp. Arcadius & Honor. AA. Cezario P.P.

Lementis nostrae placuit, ut maium prouincialibus latitia reddatur: ita tamen, ut seruetur honestas, & verecundia castis moribus perseueret. Dat. vii. Cal. Maij, Constantino. Arcad. iiii. & Honor. iii. AA. Consi.

VI ARMORVM VSVS IN SCIO

principe interdictus sit,

TIT. XLVI.

1. Imp. Valens & Valens AA. ad Bulephorum Consi. Campaniae.

Nulli prorsus nobis infensis atque inconsultis iuorumlibet armorum mouendorum copia tribuatur. Dat. iiii. Non. Octobr. Altini, diuo Iouiano & Varroniano Consi.

DE AGRICOLIS ET CENSITIS,

TIT. XLVII.

1. Imp. Constantinus A. ad Aemilianum P.P.

Nullamqum factionibus vel colligendis frugibus insistentes agricolae ad extraordinaria onera trahantur: cum prouidentis sit, opportuno tempore his necessitatibus satisfacere.

2. Imp. Constantinus A. ad Dulcitium Consi. AEmiliae.

Si quis praedium vendere voluerit, vel donare: retinere sibi transferendos ad alia loca colonos priuata pactioe non possit. Qui enim colonos velles credunt: aut cum praediis eos tenere debent, aut profuturos aliis derelinquere, si ipsi praedium sibi prodesse desperant. Datum iiii. Kal. Maij, Mediol. Constantio A. ix. & Iuliano C. ii. Consi.

3. Imp. Valens & Valens AA. Fauentio Vic. Italiae.

Visquis ex desertis agris veluti vagos seruos liberalitate nostra fuerit consecutus pro fiscalibus pensionibus ad integram terrae professionem, ex qua videlicet serui manare videntur, habeatur obnoxius, id etiam circa eos obseruari volumus, qui ex huiusmodi fundis seruos ad possessiones suas transfere permiserint. Dat. prid. Cal. August. Med. Valentin. & Valente AA. Consi.

4. Idem AA. ad Modestinum.

Hil penes quos fundorum dominia sunt, pro his colonis originalibus quos in locis eisdem censitos esse constabit, vel per se vel per exactores proprios recepta compulsionis sollicitudine, implenda munia functionis agnoscant, sanè quibus terrarum erit quantalacumque possessio, qui in suis conscripti locis proprio nomine libris censualibus detinentur: ab huiusmodi praecipit

Præcepti communione discernimus. eos enim conuenit propriis commissis mediocritati, annonariis functionibus sub solito exaetore agnoscere. Dat. Kal. Maij, Constantino. Gratiano A. & Dagalaifo Consi.

5. Idem AA. ad Oricum PP.

Omni praediorum id quod terra praestat, accipiant: pecuniam non requirant, quam rustici optare non audent: nisi consuetudopraedij hoc exigat.

6. Idem VA. & Gratianus A. ad Germanianum.

Mnes omnino fugitios adscriptitios, colonos vel inquilinos, siue vilo sexus, muneris, conditionisque discrimine, ad antiquos tenentes, vbi censiti atque educati natiue sunt, prouinciis praesidentes redire compellant.

7. Idem AA. ad Maximum.

Quemadmodum originarios absque terra, ita rusticos censitosque seruos vendi omnifariam non licebit. Neque vero commento fraudis id vsur per legis illud, quod in originariis saepe est aditatum, ut parua portioe terrae empori, tradita, omnis integri fundi cultura dilimatur: sed cum soliditas fundorum vel certa portio ad vnumquemque perueniat, tamen quoque serui & originarij transcant, quantum ad superiores dominos & possessores vel in soliditate vel in parte manerunt: & emptor pretium quod dederit, amissum existimet: nihilominus venditori ad repetendos seruos cum agnatione eorum vindicatione concessa. & si aliqua denique ex causa dissimulauerit legis vrsurper beneficium, atque sit sub hac taciturnitate decesserit: hereditibus eius & contra, heredes emptoris vindicationem damus, longi temporis prescriptione submoti. Male fidei namque possessorem esse nullus ambigit, qui aliquid contra legum interdicta mercatur.

8. Idem AA. ad Probum.

Mnes profugi in alieno laebras collocantes, cum emolumentis tributariis, salua tamen moderatione, reuocentur: scilicet ut si hi homines apud quos reperiuntur, alienos esse nouerant fugitios, & profugis in lucrum suum vsi sunt, hoc est, siue excoluerunt agros fructibus dominis profuturos, siue aliqua ab huiusmodi iniuncta nouerunt, nec mercedem laboris debitam consecuti sunt: ab illis tributa quae publicis perierunt sumptionibus, exigantur. Ceterum si occultato eo profugis, quod alieni esse videntur, quasi sui arbitrij ac liberi apud aliquem se collocauerunt, aut excolentes terras, partem fructuum pro solo debitam dominis praestiterunt, cetera proprio peculio seruantes, vel quibuscumque operis impensis mercedem placitam consequuti sunt: ab ipsis profugis quae priuatum iam esse contractum. Si qui vero inter agricolas (ut assole) ex quibuscumque commercii huiusmodi hominibus esse inueniuntur debitorum: coram paribus consuetis iudex ab obnoxiiis quod debetur, exoptat.

9. Idem AA. ad Populum.

Immunitates specialiter datae, & iugatio, & capitatio libris publicis, & ciuitatum aut prouinciarum exactariis sine aliqua probatione factae penes fruenter ereptae in functionem pristinam redeant. Datum vii. Non. Mart. Mediol. Merobaudae ii. & Saturnino Consi.

10. Idem AA. Cynegio P.P.

Um antea per singulos viros, per binas vero mulieres, capitis norma sit censa: nunc binis ac ternis viris, nullis autem quaternis vniuis pendendi capitis tributum est. Quocirca sublimitas tua huiusmodi census per Comanenensium & Arriatenensium & Armeniz secundae, Amasenorum Helenopontis, & Diocetariensium Cappadozie secundae vrbes, alubris ac temperatae peraguationis modum moue

mentis publicis iubebit anngdi.

11. Imp. Arcadius & Honorius AA. Originarios colonos nullis priuilegiis, nulla dignitate, nulla census auctoritate excusari praecipimus: sed amputatis omnibus, quae aliquoties per gratiam sunt elicta, domino vel fundo esse reddendos.

12. Idem AA. Florentino.

Seruos vel tributarios, vel inquilinos ad dominos suos volumus, remanere. Nam cum metu damni deterritus vnusquisque, eum quem incognitum habuerit, a se ex perit propulsare: voluntas sciendi seruis non erit. Nemo enim dominum suum deserit, sciens nusquam sibi latendi locum esse derelictum: sed aut cognitum sibi ingenium vnusquisque suscipiet: aut eum, qui se liberum esse simulauerit, a se submouebit metuens, quae statuta sunt, obnoxius fieri. Si quis igitur ex memoratis fugitiuis apud quemlibet fuerit reperiendus, duodecim libras argenti filco nostro inferat detentator: ipsi autem cuius fuerit, praeter eundem fugitiuum, alterum etiam eiusdem estimationis inferre decernimus.

13. Idem AA. Vincentio P.P.

Es finimus, ut inter inquilinos colonosve (quorum), quantum ad originem pertinet vindicandam, indistincta eademque penè videtur esse conditio, licet sit discrimen in nomine suscepti liberi, vel vtroque vel neutro parente censito statum paternae conditionis agnoscant.

Illud etiam seruandum est, ut si quando viri quis fundi idè dominus de possessione referat cultoribus, ad eam coloniam, quae laborabat tenuitate, colonos transtulerit, iidemque fundi ad diuersorum iura dominorum qualibet sorte transferantur: neque quidem facta translatio, sed ita, ut praedij eius dominus, a quo coloni probantur fuisse traducti, transtatorum agnatorum restituat.

14. Idem AA. Vincentio P.P. Galliarum post alia.

Si coloni, quos bona fide quisque possidet, ad alios fugerit vno transeunt, necessitatem propriam conditionis declinare tentauerint: bonae fidei possessori primum oportet celeri reformatione succurri: & tunc causam originis & proprietatis agitari. Dat. iiii. Id. Iul. Mediolani, Stilichone & Anthemio Consi.

15. Imp. Honorius & Theodosius AA.

Olenos, nunquam fiscalium nomine debitorum cullius ex: toris pulset intentio: quos ita glebis inhazere praecipimus, ut nec puncto quidem temporis debeant ampleri.

16. Idem AA. Palladio.

Mulier, quae fuisse originaria docebitur, si cuiuscumque liberi hominis sequuta consortium, in vribus, vel in quibuscumque locis vitura consisterit: eius omnem solum solum secundum vetera consuetudine conueniet reuocari.

17. Idem AA. Ioanni PP.

Per colonum praedij dicitur possessioni, inuito vel inficio domino, imponi non posse, & iure & legum auctoritate declaratur.

18. Imp. Anastasius.

Agricolae alij quidem sunt adscriptitij, & eorum peculia dominis compemunt: alij vero tempore annorum triginta coloni sunt liberi manentes cum rebus suis, & ij etiam coguntur terram colere & canonem praestare. Hoc & domino & agricolis vitillius est.

19. Imp. Theod. & Valent. Augusti Probo PP.

Colonos nulli ratione ad vllum quamuis humilioris militiz locum finimus admitti: sed nec apparitores magistriz potestatis, censibus adscripto probari concedimus: quia in hac parte & dominorum iuri, & publicae consilium liqueat.

20. Imp. Iustinianus A. Demostheni PP.  
 Libus imponentes celeritatem, sancimus, si quan-  
 do coloni, cuiuscunque conditionis, contra domi-  
 nos terrarum declamaverint, super hoc ipso habitantes,  
 vitum in terrarum dominus est, necne ipsi coloni do-  
 minium suarum terrarum possident: (eos tamen dicimus,  
 qui non ex longo prolixoque tempore, vel longin-  
 qua, & inueterata redituum susceptione sufficienter in-  
 habent cautelam: in quibus ne contradicendi qui-  
 dem licentia colonis relinquatur, longi temporis pre-  
 scriptione, vel redituum frequentissima consequen-  
 tia, colonorum impetum excludente) talem esse su-  
 per redituum vel publicarum functionum presta-  
 tione formam censemus, ut si tales coloni quales  
 praediximus, idoneum fideiussores totius summae  
 quae ab his dependit, praestiterint, quod omnes redi-  
 tus sine ulla prostratione, si melior causa do-  
 minorum iudicetur, eis restituant, & talis fideiusso-  
 per triennium accipiatur, eoque impleto iterum re-  
 monetur: coloni in medio nullo modo super reditu-  
 bus a dominis inquietentur.

1. Si autem hoc coloni minime facere vo-  
 luerint vel potuerint: tunc eisdem reditus per offi-  
 cium iudicis anni, exigantur per solita tempora in qua  
 etiam dominis dependebat, & deponantur in aede f. cra,  
 vel in *aeque prole* civitatis sub qua possessio sita  
 est: vel si localis ecclesia ad susceptionem pecuniarum  
 idonea non sit, in metropolitana ecclesia remaneant  
 cum omni cautela: & post plenissimam definitionem  
 vel dominis dentur, vel colonis restituantur.

2. Si autem reditus non in auro, sed in spe-  
 citibus inferuntur vel in totum, vel in partem: ite-  
 rum per officium iudicis fructus vendantur, & pretia  
 eorum secundum praedictum modum deponantur.

3. Haec de reditibus desinentes, ad publicas tran-  
 sferamus functiones. Et si quidem coloni more solito  
 eas dependebant, ipsi maneat in pristina consuetu-  
 dine, nullo praedictio dominis generando, qui etiam  
 quiescentibus colonis, & non contradicentibus, ad  
 publicam tributarias functiones minime inferebant.  
 Sin autem moris erat dominos totam summam ac-  
 cipere, & ex ea partem quidem in publicas vertere  
 functiones, partem autem in suos reditus habere:  
 tunc si quidem fideiussores a colonis datur, eundem fi-  
 deiussores dominis, sine praedictio litis tantam sum-  
 mam in ferre, quantum tributa publica faciunt, ut a  
 dominis publicis rationibus persolvatur: nullo ex  
 hoc colonis praedictio generando, super reditibus  
 eorum, dominis, fideiussores fiant contenti.

4. Si autem fideiussores cessante ad seque-  
 strationem res veniant, & pecuniae deponantur: ex  
 eorum summa tantam iudices separare, quanta ad  
 publicas sufficiat functiones: & eam dispositionem  
 dominum accipere: quatenus ipse eam persolvens,  
 publicas accipiat securitates: reliqua quantitate, que  
 in reditus puros remanet, in iuro collocanda, & lris  
 terminum exspectante, nullo praedictio siue colonis  
 siue dominis ex huiusmodi fideiussores, vel si que-  
 stratione, vel publicarum functionum solutione ge-  
 nerando: sed omni causa in suspensio manente, donec  
 iudicialis sententia, quae de toto negotio procedit,  
 omnem rem aperiat, & ostendat quis dominus terrae  
 constitutus est, & ad quem publicarum functionum  
 securitas debet in posterum fieri, seu reditus perue-  
 nire, vel permanere. Recitata sepe in novo consi-  
 storio, palatii Iustiniani. Dat. xv. Kalend. Octobr.  
 Chalcedone, Decio v. c. Coss.

21. Idem A. ad Senatam.

NE diutius dubitetur, si quis ex adscriptitia & li-  
 bero, vel ex adscriptitia & seruo, vel adscriptio  
 & ancilla fuerit editus, cuius status sit, vel quae peior  
 fortuna sit, verumne adscriptitia, an seruilis: sancimus  
 ea quidem quae in anterioribus legibus cautae sunt  
 pro tali prognie quae ex mulieribus adscriptitiis &  
 viris libris progenita sit, in seruo statu relinquere: sic

si adscriptitia proles ex tali copulatione procreata,  
 si quis autem vel ex seruo & adscriptitia, vel ab ancil-  
 la & adscriptio fuerit editus, matris suae ventrem  
 sequatur: & talis sit conditionis, qualis & genitrix  
 fuit, siue ancilla, siue adscriptitia: quod habentis in  
 liberis tantum & seruis observabatur. Quae enim  
 differentia inter seruos & adscriptitos intelligatur,  
 cum uterque in domini sui potestate sit, & possit  
 seruum cum peculio manumittere, & adscri-  
 ptitium cum terra domino suo expellere?

22. Idem A. Iuliano PP.

UM scimus nostram iura nolle praedictio ge-  
 nerare cuiquam circa conditionem, neque ex  
 confessionibus, neque ex scriptura, nisi etiam ex aliis  
 argumentis: aliquid accesserit incrementum: sancimus  
 solum confessionem vel aliam quancunque  
 scripturam ad hoc minime sufficere, nec ad scrip-  
 titiam conditionem cuiquam iulere, sed debere hu-  
 iusmodi scripturae aliquid advenire adiutorium:  
 quatenus vel ex publicis censibus adscriptio, vel aliis  
 legitimis modis talis scriptura adiuvetur. melius e-  
 tenim est in huiusmodi difficultatibus, ex pluribus  
 capitulis conditiones ostendere, & non solum confessionibus,  
 neque scripturis homines fore liberos ad deteriorem  
 de rali fore una. Sin autem est scriptura, & post scriptura  
 ram confessio seu depositio (siue vi & necessitate tam-  
 en) interuenerit (quidem si conditionale instrum-  
 entum, vel aliam chartulam in qua subscripta &  
 interuenerit & inter acta deponit se colonum siue  
 adscriptitium? tunc ex vtroque genere obligatio-  
 nis, id est tam scripturae, quam confessionis vel de-  
 positionis, talem eum esse credendum, qualem se &  
 scripsit, & inter acta deposuit.

1. Illud quoque non inelegerat dubitaba-  
 tur, si coloni filius per triginta annorum curricula,  
 vel forsitan per quadraginta seu ampliora ad huc vi-  
 uente patre, & agriculturam peragente, ipse in libera  
 conuersatione morabatur, & dominus terrae quia  
 per patrem ei satis fiebat, non etiam praesentiam eius  
 exigebat: an post obitum patris, vel postquam forte  
 inuitis existeret, & ruri non idoneus, potest excusa-  
 ti filius longinqua libertate abutendo: & quod per  
 multos annos neque agrum coluit, neque aliquid  
 colonarij operis celebravit, cum non possit dora-  
 nus inculcari propter suam desidiam, cui per patrem  
 eius omne quod voluerat, accedebat, in omnibus ita  
 que huiusmodi speciebus satis acerbum nobis vide-  
 tur, domino praedictio colonorum absentia, qui ru-  
 re nati, & postea absentes, per suos vel patres, vel  
 fratres, vel cognatos, agriculturam peragant: cum  
 enim pars quo dammodo corporis eius per cognatio-  
 nem in fundo remanebat, non videtur neque abesse,  
 neque peregrinari, neque in libertate morari. Ma-  
 neat itaque domino ius inconcussum, & donec eius  
 vel antiquitas vel posteritas vel cognatio in agrum  
 remanet, ipse videatur ibi resedisse.

23. Idem A. Iozanni PP.

UM satis inhumanum est, terram quae ab initio  
 adscriptitis habebat, suis quodammodo mem-  
 bris destrandari, & colonis in aliis terris demoran-  
 tes, dominos terrarum maxime damnis afficere conse-  
 mus, quemadmodum in curialium conditione no-  
 mo ex temporali cursu liberatur: ita nec adscri-  
 ptitiae conditioni suppositus, ex annalibus curri-  
 culis quantacumque emanauerint, vel quacumque  
 prolixa negotiatione aliquis sibi vindicet liberta-  
 tem: sed remaneat adscriptitius, & inhaerent terrae. &  
 si se placuerit, vel separare se conatus fuerit, secun-  
 dum exemplum serui fugati si se dimittit in huius-  
 furari intelligatur: & si suppositus una cum o-

mi sobole sua (cisi in alia terra eam fecerit) hu-  
 iusmodi fortuna, & capitali illatione: nulla liberatio-  
 ne ei penitus competere. 1. Cum autem Anastasia  
 na lex homines qui per triginta annos colonaria de-  
 centis sunt conditione, voluerit liberos quidem per-  
 manere, non autem habere facultatem terra dereli-  
 qua in alia loca migrare: ex hoc quarebatur, si etiam  
 liberi eorum cuiuscumque sexus, licet non per tri-  
 ginta annos fuerint in fundis vel vicis, deberent co-  
 lonaria esse conditionis, aut tantummodo genitor  
 eorum, qui per triginta annos huiusmodi conditio-  
 ni obligatus esset: sancimus liberos colonorum esse  
 quidem in perpetuum secundum praefatam legem  
 liberos, & nulla deteriori conditione praegravari: no-  
 nitem habere licentiam relicto suo rure ad aliud  
 migrare: sed semper terrae inhaerent, quam semel  
 colendam patres eorum susceperunt. Caveant autem  
 possessionum dominum, in quibus tale coloni consti-  
 tutum sunt, aliquam inuentionem vel violentiam eis  
 iactare, si enim hoc approbatum fuerit, & per iudicem  
 pronuntiatum: ipse pronuntius moderato in qua ali-  
 quid tale fuerit perpetratum, omnino provideat &  
 licentiam (si qua subiecta est) eis restituit, & sic ve-  
 terem consuetudinem in reditibus praestandis eis ob-  
 seruare, nulla nec tunc licentia concedenda colonis  
 fundum ubi commoratur, relinquere. & hoc tam in  
 ipsis coloni, quam in sobole eorum, qualiscumque  
 sexus vel etatis sit, facimus, ut & ipsa semel in fun-  
 do nata, remaneat in possessione sub eisdem modis  
 eisdemque conditionibus sub quibus etiam genito-  
 res eius manere in alienis fundis definitimus.  
 2. Memini autem licet vel adscriptitium vel co-  
 lonum alienum scienti prudentique in sum rus sus-  
 cipere: sed & si bona fide eum susceperit, postea au-  
 tem repererit eum alienum esse constitutum, admo-  
 nente domino vel ipsius adscriptitij, vel terrae, & hoc  
 faciente per se vel per procuratorem suum, hunc re-  
 stituere eum cum omni peculio & sobole suo, & si  
 hoc facere superederit: omnis quidem temporis quo  
 apud eum retinuit, & publicas functiones huc  
 terrenas siue annales pro eo inferre compellatur: cu-  
 ra & provisione sua eminentissimae praefecturae, qua  
 praefectus provinciae, coartetur autem sic ad restitu-  
 tionem eius secundum veteres constitutiones, & pen-  
 nas in eis insertas.

24. Idem A. Iozanni praefecto praetorio.

SI qui adscriptitiae conditionis constituti, mulieres  
 liberas quacumque mente aut quacumque machina-  
 tione, siue scientibus siue ignorantibus dominis sibi  
 uxores coniunxerunt vel coniunxerint: in sua libertate  
 permanere, tam eas, quam prole, quae ex his cogno-  
 scitur procreata, sancimus, illo procul dubio obser-  
 uando, ut si ex libero marito & adscriptitia uxore  
 partus fuerit editus, si maternae conditionis macula,  
 & non paternae sequatur libertatem, sed ne adscri-  
 ptitij putent sibi impunitum esse tale conamen, quod  
 maxime verendum est, ne liberarum mulierum nu-  
 ptis ab his excogitatis paulatim huiusmodi hominum  
 conditio decrescat: sancimus, si quid tale fuerit ab ad-  
 scriptio perpetratum, habere liberam potestatem domini  
 eius, siue per se, siue per praefectum provinciae: talis ho-  
 minem moderata corrigere castigatione, & abstrahere  
 a tali muliere, quod si neglexerit, sciat in suum  
 damnium huiusmodi desidiam reuerturam.

DE CAPITATIONE CIVIVM

censibus eximenda,

TIT. XLVIII.

1. Imp. Constantinus ad Eusebium v. P. Praefidem  
 Lyciae & Pamphili.

PLEBS urbana (sicut in Orienta) bus quoque pro-  
 vincias observatur) mig. ne. g. censibus pro capi-

tatione sua conveniatur: sed iuxta hanc iussionem  
 nostram imminuis habeatur. Datum Kal. lun. Con-  
 stantino A. r. r. & Licinio i. i. Coss.

IN QVIBVS CAVSIS COLONI  
 censiti dominos accusare possint

TIT. XLIX.

1. Imp. Constantinus A. ad Maximum vicem  
 Orientis.

QUISquis colonus plus a domino exigitur quam  
 ante constitutum, & quam in anterioribus tem-  
 poribus exatum est: adeat iudicem, cuius primum  
 poterit habere praesentiam, & facinus comprobet: ut  
 ille qui conuincitur amplius postulare, quam acci-  
 pere consuevit, hoc facere in posterum prohibea-  
 tur, prius reddito, quod super additione perpetrata noscitur  
 extorsisse.

2. Imp. Arcadius & Honorius Augusti, Nebridio,  
 comiti Africae.

COLONI censibus dantaxat adscripti, senti ab his  
 liberi sunt, quibus eos tributa subiectos non faci-  
 unt: ita his quibus annuis functionibus & debitis  
 conditionibus obnoxij sunt, penes est ut quae iam dediti  
 servitudine videantur, quo minus est ferendum ut  
 eos audeant licet pulsare, a quibus ipsos, ut pote domi-  
 nis, una cum possessionibus distrahi posse non dubium  
 est, quum de exco. licentiam submovemus: ne quis  
 audent domini nomine in iudicio lacessere: cuius ius si  
 si, iudicem omnia esse cognoscant. Cum enim sa-  
 pientissime decretum sit, ne quid de peculio suo cuiquam  
 colonorum ignorante domino praedictio aut vendere,  
 aut alio modo alienare liceat: quemadmodum con-  
 tra eius personam a quo poterit iure consistere, quae  
 nec propria quidem leges sui iuris habere voluerunt,  
 & acquirendi tantum, non etiam trans-  
 ferendi potestate permittit, domino & acquire-  
 re & habere voluerunt: Sed ut in causis civilibus hu-  
 iusmodi hominum generi aduersus dominos vel pa-  
 tronos aditum inucludimus, & vorem negamus  
 (exceptis super actionibus in quibus retro principes  
 facultatem eis super hoc interpellandi praebuerint)  
 ita in criminum accusatione quae publica est, non  
 admittitur eis propter suam suorumque iniuriam ex-  
 periundi licentia.

DE COLONIS PALAESTINIS.

TIT. L.

1. Imp. Valentinianus, Theodosius & Arcadius,  
 Augusti, Cynegio P. P.

UM per alias provincias quae subiacent nostrae  
 serenitatis imperio, lex a maioribus constituta,  
 colonos quodam aternitatis iure detineat, ita ut il-  
 lis non liceat ex his locis quorum fructus releuantur,  
 abscedere, nec ea deserere, quae semel colenda susce-  
 perunt, neque id Palaestinae provinciae possessoribus  
 suffragetur: sancimus ut etiam per Palaestinam nul-  
 lus omnino colonorum suo iure velut vagus ac li-  
 ber exulet, sed exemplo aliarum provinciarum ita  
 domino fundi teneatur, ut sine poena suscipiens non  
 possit abscedere: addito eo, ut possessionis dominus  
 reuocandi eius plena tribuatur auctoritas.

DE COLONIS THRACENSIBVS,

TIT. LI.

1. Imp. Theodosius & Valens Augusti.

PER vniuersam diocesim Thraciarum sublato in  
 perpetuum humanae capitationis censu, iugiter  
 tantum terrena soluantur. Et ne forte colonis tributa  
 rix sortis nexibus absolutis, vagandi, & quolibet  
 recedendi facultas permittatur, ipsi quidem

originario iure teneantur: & licet conditione videatur ingenui, serui tamen terrae ipsius cui nati sunt, existunt: nec recedendi quod velint, aut permittendi loca habeant facultatem, sed possessores eorum iure utantur & patroni sollicitudine, & domini potestate. Si quis vero alienum colonum suscipiendum ac teneudum crediderit: duas auri libras ei cogatur exolvere, cuius agros transfuga cultore vacauerit: ita ut eundem cum omni peculio suo & agnatione restituat.

DE COLONIS ILLYRICIANIS,

Tit. LVII.

1. Imppp. Valent. Theod. & Arcad. Augusti.

Colonos, in quibusque per Illyricum, vicinisque regiones, abeundi rure in quo eos originis agnationisque merito certum est immorari licentiam habere non posse censemus. Inscruiant teris non tributario nexu, sed nomine & titulo colonorum: ita ut si abscesserint, & ad alium transferint: renocati, vinculis poenaeque subdantur: maneatque eos poena, qui alienum & incognitum recipiendum esse duxerint: tam in redhibitione operarum, & damni quod locis quae deseruerant, si factum est: quam multa, cuius modum in auctoritate iudicis collocamus: ita ut etiam dominus fundi in quo alienus fuisse monstrabitur, pro qualitate peccati coercionem subire cogatur: nec sit ignorantiae locus, cum ad criminis rationem solum illud sufficiat, quod incognitum sibi tenuit. Seruum etiam in memoratis regionibus si quis receperit, ignorantiae excusatione sublata, quadrupli poena teneatur, operarum praeterea compediti, damnisque praestitis. In libertis etiam quos pari usurpatione susceperit, is modus sit, quae circa liberos colonos duximus retinendum.

VT NEMO AD SVVM PATROCINIUM SUSCIPIAT RUSTICANOS, VEL VICOS EORUM,

Tit. LVIII.

1. Imppp. Leo & Anthem. Augusti Nicoftrato P.P.

Si quis post hanc nostram auctoritatem, in fraudem circumscriptionemque publicae functionis, ad patrocinium cuiuscumque conditionis consulerit: id quod huius rei gratia periturum sub praetextu donationis, vel veltionis, seu condictionis, aut cuiuslibet alterius contractus: nulla habeat firmitate: tabellionibus qui talia instrumenta conscribere aucti sunt, bonorum praescriptione plestendis, qui tam scietes aucti fuerint huiusmodi instrumenta conscribere: vicis etiam vel possessionibus ad patrocinia consuegentium, publico vindicandis. Haec autem personae quae contra publicam utilitatem in clientelam suscepisse collatores detegere fuerint: nobiliores quidem centum auri librarum condemnationem subire cogentur: mediocres vero fortunae, facultatum suarum amissione plestentur: eadem poena multandis etiam his qui intercedentes ministerium suum huiusmodi nefariis actibus improba mente praebuerint. Quam formam ex eo quidem tempore, quod sacra constitutio à diuinae memorie Martiano promulgata continet, id est in Thracia quidem dioecesi ab hinc annis triginta, hoc est à consulatu Aetij secundo, & Sigisbuldi: in Orientali vero, & Aegyptiaca, & Pontica, & Asiana dioecesi, viginti sex: hoc est, à consulatu Cyri valere, atque executioni mandari praecipimus. Datum Kal. Sept. Anthemio A. r. Confule.

NE quis vicani patrocinium polliceatur, vel agricolae in clientelam suscipiant redditum alterius: vel lucrum promissione recepta, & ut qui licet non serua-

uerit, supradictis poenis maiori que commotioni subiacet. Praeterea ut vicani si serui sint, dominis castigari reddantur: si liberi, xx. libris multentur, & verberari vna cum decem prioribus vicis in perpetuum religentur, dum modo sciens omnibus secesserint. j. Imp. Iustinianus Augustus.

SI cuiuslibet tributarius iunxerit sibi tributariam uxorem, vel e contrario si cuiuslibet ancilla seruum se iunxerit alieno, tam tributarii quam serui filios, matrum sequi conditionem, eandemque more genitricum suarum dominis subditos esse censemus.

NE RVSTICANI AD VLLVM NEQUI SEQUI DEVEANTUR,

Tit. LVIII.

1. Imppp. Diocl. & Maxim. Augusti, & cc.

NE quis ex rusticana plebe, quae extra muros posita capitulationem suam detulit, & annonam congruam praestaret, ad vllud aliud obsequium deuectur: neque à rationi nostro mularum fiscalium vel equorum ministerium subire cogatur. Sine die & consule.

2. Imppp. Valent. & Valens Augusti ad Probum P. P. Illyrici.

SI qui eorum qui prouinciarum rectoribus obsequuntur, qui quae in diuersis agunt officii principatus, & qui sub quocumque praetextu publici ministerii possunt esse terribiles, rusticano cuiuspiam necessitate obsequij quasi mancipia sui iuris imponant, aut seruum eius vel forte bonem in vsus proprios necessitate quo conuerterint: ablati omnibus facultatibus, perpetuo subiugentur exilio: & nihilo minus rusticanum, qui se in eiusdem opera sponte propria detulisse desponderit, par poenae severitudo corstringatur. Dat. prid. Kal. Octob. Agrippino, Valentiniano & Valente Coss.

NON LICERE HABITATORIBVS METROCOMIZ LOCA SUA AD EXTRANEUM TRANSFERRE,

Tit. LV.

1. Imppp. Leo & Anthemio Augusti Nicoftrato P.P.

IN illis quae metrocomiz communivocabulo nuncupantur, hoc adiciendum necessarium nostram putauit humanitas, ut nulli extraneo illic quoquo modo possidendi licentia tribuatur: sed si quis ex huiusmodi vicariis loca sui iuris aliena voluerit, non licere ei nisi ad habitatorem adscriptum eiusdem metrocomiz, per qualemcumque contractum terrarum suarum dominium possessionemque transferre: sciente persona extranea, quod si contra vetitum se hinc negotio immiscere, vel illic possidere tentauerit: quicumque contractus initus fuerit, carebit effectu: & contractus soluto, si quid praestitutum est, hoc tantum reddetur. Dat. Kal. Sept. Anthemio A. r. Conf.

VT NVLLVS EX VICANEIS PRO ALIIS VICANORUM DEBITIS TENEATUR,

Tit. LVI.

1. Imp. Zeno Augustus.

GRAue est non solum legibus, verum etiam aequitate naturali contrarium, pro alienis debitis alios molestari. Idcirco huiusmodi iniquitates circa omnes vicaneas perpetrari modis omnibus prohibemus.

DE CENSIBVS, ET CENSITORIBVS, & PERQUATORIBVS, ET INSPECTORIBVS,

Tit. LVII.

1. Imp. Constantino Augustus ad populum.

Quoquidam

Quoniam tabularij ciuitatum per collusionem potentiores faciemus ad inferiores transferunt: iubemus, ut quisquis se grauiorem probauerit, suam tantum praestitam professionem agnoscat. Dat. xv. Kalen. Febr. Romae, Constantino A. r. & Licinio Coss.

2. Imppp. Gratian. Valent. & Theod. Augusti Eutropio P.P.

Quisquis vitem succiderit, aut feracium ramorum scetus vetererit, quod declinet fidem censuum, & meuiatur callidam paupertatis ingenium: mox detectus, competentem indignationi subiiciatur: illo videlicet euitante calumniam, qui forte detegitur laborasse pro copia, ac pro reparandis agrorum scetibus, non sterilitatem aut inopiam procurasse. Datum prid. Non. Iun. Constantinop. Eucherio & Sygrio Coss.

3. Idem AA Cynegio PP.

SI perquatore misso aliquis aut procuratorem suum retraxerit, aut colouum per contumaciam retractionis fugauerit: ad eum censuum modum, quem vel eo vel procuratore illius absente perquator apposerit, nostrae sanctionis auctoritate tenebitur. Dat. vi. Kalen. April. Constantinop. N. P. & Eudlio Coss.

4. Imppp. Arcad. Theod. & Honor. Augusti Rufino PP.

Omne territorium censetur, quotiens defectorum leuamen exposcitur: ut iustitia atque erema his, quae culta vel optima sunt, componatur. Dat. iij. Non. April. Constantinop. Theodosio A. r. & Abundantio Coss.

5. Idem AA Rufino P.P.

VI grauius se esse à perquatoribus conqueruntur, & iniusto oneri impares esse proclamant, competitionis habeant facultatem: ut quid remissum gratia, quidque interceptum fuerit fraude contineant, & ex eo leuamen accipiant, quod per deformia & criminosa commercia sibi impositum esse deplorant, ut aliis demeretur: quod intra annum post codicum oblationem, quo videbitur, de iniusto onere conueratur, & iniquitatem perquatoris accuset, ac praestitam gratiam habita compensatione conuincat: ut quod ei fuerat superfluum, ille cognoscat, quem debitae functionis fraus clandestina subtraxerat. Etenim autem eo tempore adio denegabitur, exceptis minoribus, qui fuerint indolenti: his etiam qui abfuerint reipublicae causa: qui tamen ex eo tempore quae sunt statuta custodiant, ex quo ad agenda habuerint facultatem. Dat. iij. Kalen. Decemb. Constantinop. D. N. Theodosio A. r. & Abundantio v. c. Coss.

6. Imppp. Arcad. & Honor. Augusti Eusebio P.P.

PERquatores ac discussores si incurrerint culpam negligentiae, vel gratiae, non solum bonorum iacturam, verum etiam annonarum in quadruplum multam subire debebunt: ea vero quae in damnum prouincialium fuerint acceptae conuicti, in quadruplum cogentur exolvere. Dat. iij. Kalen. April. Mediol. Arcadio & Honorio iij. AA. Coss.

7. Imppp. Honor. & Theod. Augusti Sebastio Com primi ordinis.

APud eum possessio firma permaneat, cui eam à perquatore semel traditam fuisse constiterit: reliqua vero temporis antea à nouo domino sic eum postulare non patimur, ne alterius culpa alter incipiat subiacere dispendio. Si quis vero priuatus aut obligatus sibi possessionem, quae deserta vique nunc permansit, aut ex aliquo titulo debere sibi iure confirmat: allegationes suas sine mora vel per se vel per aliam personam legibus ordinatam manifestare debet: ita ut si requisitis ratione suadente ad petitorum fuerit tradenda possessio: is qui à per-

quatore eam susceperit, rei melioratae susceptis subleuetur expensis. Verum ne sub specie litis donationes semel constitutae turbentur, sex mensium spatium censemus debere seruari: intra quod is qui putat sibi rem probabili ratione competere, debitas exerceat actiones. Quod si tempus adscriptum silentio fuerit interueniente transactum: nullam penitus repetendi volumus esse principium. Quod si quis ex eo tempore, quod perquator praedicti alicui addidit, de suo iure vel per se vel per homines suos non crediderit actitandum, sex mensium curriculum uoluit in perpetuum conuictat. Data pridie Id. Mart. Rau. Honorio xi. & Constantio ii. Coss.

DE OMNI AGRO DESERTO ET quando steriles fertilibus imponatur.

TIT. LVIII.

1. Imp. Constantinus A.

VM diuus Aurelianus pater noster ciuitatum Cordines pro desertis possessionibus iusserit conueniri, & pro his fundis qui inuenire dominos non potuerunt, quos praeciperamus earundem possessionum triennij immunitate percepta de solennibus satisfacere: seruato hoc tenore praecipimus, ut si constiterit ad suscipiendas easdem possessiones ordines minus idoneos esse, eorumdem agrorum opera possessionibus & territorijs adiudicentur accepta.

2. Idem A.

SI quis ab emphyteuticario seu patrimoniali possessore priuati iuris quippiam comparauerit, cuius substantia alias possessiones sustentare consueuerat, & successis quasi quarundam virium neruis reliqua labuntur: earum possessionum onera subiturus est, quae peces distractorum inopem inuitiles permanebunt. Dat. viij. Id. Decembr. Theodosio Feliciano & Tit. Coss.

3. Imppp. Valentin. & Valens AA ad Mameritium P.P.

VICumque deserta praedia meruerint sub certa immunitate, ad possessionem impetratorum non prius sinatur accedere, quam vel fideiussoribus idoneis periculo curialium datis: vel fundis patrimonij sui maxime utilibus obligatis, idonea cautione firmauerint susceperim à se possessionem nullo detrimento publico relinquendam.

4. Idem Augusti, & Gratiani A. ad Crescentium Vic. Afric.

HERedes scripti etiam pro minus idoneis fundis fiscale onus cogantur agnoscere: vel si renuendum hereditati putent, cedant his omnibus rebus, quae ex hisdem bonis quocumque titulo & iure perceperint. Dat. iij. Id. Iul. Comtionaci, Gratiano & Probo Coss.

5. Imppp. Valenti. & Theod. Augusti.

VI vitia reipublicae loca possident, permixtionis facta etiam deserta suscipiant, ut si earum partium grauentur accessu, quae antea per fastidium reliquerunt, cedant aliis curialibus, qui vtraque hac conditione retineant, ut praestatione salua cum desertis & culta possideant, sublata à paucis, quos iniquum est electa retinere: cum municipes grauaturs sit pars relicta.

6. Imppp. Gratian. Valent. & Theod. AAA. Nebridio Comiti R.P.

Quisquis conductor fuerit inuentus possessor fundi fertis: qui ex publico vel temporum iure descendit, huic ager iungatur inutilior. quod si contra id relinquantur exstitimauerit, alius possessor sub eadem praestatione quaxatur: vel si voluntarius qui sit conductor non inueniatur, tunc ad possessores antiquos, id est decuriones, vel quoslibet alios loca iuris praedicti adiunctis inutilibus reuertantur: idoneis fideiussoribus praestitis. Dat. xv. Kalen. Febr. CP. Merobauda ii. & Saturnino Coss.

7. Idem Augusti.

VICumque desertum fundum patrimoniale



exercuerit, & fertilem idoneumque præterit, salvo patrimoniali canone, perpetuo ac privato iure defendat, & velut domesticum & auita successione quæritum sibi habeat, suisque relinquat, neque cum aut promulgatione rescripti, aut reuerentia sacre adnotationis quisquam à fructu impensi operis excludat. Ceterum eos qui opimas ac fertiles possident terras, aut etiam nunc sibi existimant eligendas, pro deferta scilicet portione summam debiti præsentis iubemus implere. Illos etiam, qui emphyteuticario nomine, nec ad plenum idoneas, nec omnibus modis vacuas detinent, sic ex illis quoque quæ præsidio indigent, iustam ac debitam quantitatem debere suscipere, ut indulto temporis spatio, post biennium decretum canonem solvendum esse meminerint. Nemo tamen qualibet merito & potestatis obediencia submoueat, quo minus ad diaconatus vicem defetas possessiones patrimonialis iuris accipiat, earum tributa & canonem solvatur: illud speciali obseruatione procurans: ut primo vicinas, & in eodem territorio fortuitur de hinc si neque finitimas, tunc demum etiam longius possit: sed in quantum fieri valet, pro interiecto spatio sibi meti coherentes, pro modo & æquitate suscipiat, ut id consensu omnium fiat, quod omnibus profuturum est.

8. Imppp. Valens, Theod. & Arcad. Augusti.  
 Quidam agros domino cessante desertos vel longè positos, vel in finitimis, ad priuatum pariter publicè quoque compendium excolere festinat: voluntari suæ nostrum nouerit adesse responsum: ita tamen, ut si vacanti ac destituto solo nouus cultor infederit, ac vetus dominus intra biennium eadem ad situm ipsi voluerit reuocare, restituitur primitus quæ expensa conspexerit, facultatem loci proprii consequatur. Nam si biennij fuerit tempus ementium, omnibus possessionibus & dominij carebit iure, qui siluit.

9. Imppp. Theod. Arcad. & Honor. Rufino P.P.  
 Quidam fundos patrimoniales iure priuato canone saluo susceperunt: hæc omnes sine vilius exceptione personæ propositam sibi intelligant optionem, ut aut ea loca quibus minor est soli fecunditas, cum his ex quibus fructus vberes capiunt, suscipere & tenere non abnuant: aut si eorum refugiant sterilitatem, opimioribus cedant. Datum VIII. Id. Nouembr. Tyro, Arcadio III. & Honorio II. AA. Coll.

10. Imppp. Arcad. & Honor. AA. Eutychiano P.P.  
 Quidam per potentiam fundos opimos ac fertiles occupauerunt: cum quaestuosos vberibusque pro rata portione suscipiant in fecundos ex eadem substantia.

11. Ibidem Augusti Hadriano P.P.  
 Locorum domini intra sex menses edictis vocatis, reuertantur, quid si aduerint, & propria teneant, & ea quæ ex præterito contraxerint debita, reddere cogantur. Sin vero se impares esse earum rerum tributa propria consentent absentia, nec adesse voluerint: penes eos qui hæc susceperint: & certum quem tributorum canonem promittunt, proprietatis possessionis inemerata permaneat: ut postquam ea exoluerint, sciant sibi inquietudinem submouendam, nec subreptione cuiusquam competitionis loca quæ tenuerint, auferenda: quibus etiam illud indulsumus, ut ex eo tempore ex quo primum loca de quibus agitur, ceperint possidere, tributa possantur.

12. Imppp. Honor. & Theod. Augusti Seleuco P.P.

Ac definitione sancimus, nullum possessorem neque municipem prædium pro alienis debitis vel destitutionibus esse retinendum: neque eorum prædiorum despectione prægrauari, quæ ex iisdem bonisque retinentur, nequaquam esse moustran-

tur: ne viliis præteritis atque commentis exactio inuolentur. Datum prid. Kalend. Febr. Raven. Honor. VIII. & Theod. V. AA. Coll.

13. Ibidem Augusti ad Probum.  
 Omnium prædiorum adores ac domini requiruntur: quorum si vitio probatur debita fuisse contracta, in absoluto esse ut debeat dominium commutari.

14. Ibidem Augusti Aureliano P.P.  
 Vra & possessiones quas curiales quolibet pacto publicitatis apud acta prouincialia desiderii iuris vel reliquerint, vel possidere alios permiserint: penes eos qui eas excoierunt, & functiones publicas cognouit, firmiter perdurabunt, nullam habentibus curialibus copiam repetendi.

15. Ibidem Augusti Sebasto com. pr. ord.

Si quis deferta prædia quæ naualem sustinet functionem, & in desertis nunc vsque remanent, superæquationis iure perceperit: meliore conditione in omnibus titulis conuenit ea releuari, ut grauis fors nauis esse non possit pro ea quæ referent portuancularum aliis fuerit dispendiis liberata.

16. Ibidem Augusti Hermocrati P.P.  
 Si quis auctoritate nostri nominis de fundis patrimonialibus fertiles sub certi canonis pollicitatione susceperit, firmiter cum volumus possidere: sub eiusdem tamen canonis solutione quem nostræ maiestatis auctoritas per annos singulos solvendum esse præscripsit: nullamque eos descriptionem, siue adfectionem, aut inuouationem in posterum sustinerent: quoniam nimis absurdum esse, eos qui nobis hortantibus fundos inopes atque egenos, magno labore impenso, aut exhausto patrimonio vix fortè meliorare potuerunt, vitio dec: pro, inopinatum onus suscipere: illudque velut quadam circumuentione depolci, quod si se daturos præscripsent, fundos minime suscipere aut etiam colere paterebantur.

17. Imp. Theod. A.  
 Iubemus neminem curialem pro alieni territorij debitis detineri, sed tantum municipem pro gleba propria conueniri. Dat. v. kalen. Maij, Raven. post Conf. Felicis & Tauri vv. CC.

DE FVNDIS LIMITOPHIS, ET TERRIS, & PALUDIBUS, & PASCUIS, & LIMITANEIS, VEL CASTELLORUM.

1. Imppp. Valentinianus, Valens, & Gratianus AAA. ad Licinm. P.P.

Tiberianus ad possibilitatem singulorum quorumque locorum intuens, statuit certas possessiones quæ ad limitem frumenta conueherent. Quocirca generali lege sancimus, Tiberiani dispositionem oportere obseruari: amouentes quicquid vel potentia cuiuscumque elicit, vel furiosa deprecatio: addentesque nihilominus, in futurum nulli licere aduersus vtilem vetustatem, & præsentem legem nostram importuna & respuenda respoerre.

2. Imppp. Honor. & Theod. AA.  
 Quicumque castellorum loca quocumque titulo possident, cedant ac deserant: quia his tantum fas est possidere castellorum territoria, quibus adscripta sunt, & de quibus iudicauit antiquitas. quod si vltieris, vel priuata conditionis quispiam in his locis vel non castellanis miles fuerit detentator inueniatur: capitali sententia cum publicatione bonorum plectetur.

3. Imppp. Valens, & Theod. AA.  
 Gros limitaneos vniuersos cum paludibus & omnique iure, quos ex prisca dispositione limitanei milites ab omni munere vacuos ipsi curare pro suo compendio, atque arate conuenerant, & si in suo prædij

presenti coluntur, ab his firmiter ac sine vilo conuentionis grauamine detineri: & si ab aliis possidentur (cuiuslibet spatij temporis præscriptione cessante) ab vniuersis detentatoribus vindicandos, iisdem militibus sine vilo profus (sicut antiquitus statutum est) collationis onere volumus assignari: in his etiam contra eos qui præceptionibus nostris obuiam venire tentauerint, proscritionis pena valitura. Nam si quis fortè (quod minime audere debuerat) emptiois titulo, memoratis iuris possidet prædia: competenti ei actio contra venditorem intra se seruabitur. Dat. prid. Id. Sept. Constantinop. Maximo II. & Patricio Coll.

DE PASCVIS PVBLICIS, ET PRIVATIS.

TIT. LX.

1. Imppp. Valentinianus, Theod. & Arcad. AAA. P.P.  
 Cum nulla ratio sit, cur in pascuis saltibus rei priuatae pensio debet amplari, nequaquam pro libidine ordinum augmenta facienda sunt. Et enim idcirco grauiorem pensionem imponi ab ordinibus accepimus, ut animalia ex rebus priuatis nostris à locorum pascuis arceantur: quod fieri non oportere diu memoris Iulianus prærogata iustione constituit. Quare excellens auctoritas tua conuentis prouinciarum rectoribus, non eam licitationis necessitatem patitur inferri, quam repentinam faciunt ciuitates: sed eam manere decernit, quam statuit antiquitas.

2. Imppp. Arcad. & Honor. AA. ad Simplicium magist. mil.

Insignis auctoritas tua hæc conditione à publicis pascuis ac amoenis pascuis animalia militum prohiberi præcipiat, ut vniuersis cognoscant, de emolumentis eorum, cuique officij facultatibus, duodecim libras auri sicut commodis exhibendas, si quisquam post hæc memorata præca multare tentauerit: non cuiusmodi decernenda pena, si etiam priuato Antiochenorum fuerint deuoluta: ita tamen, ut sine lesione prouincialium prouideant curiales quo pacto animalium militarium pascuis cõsuetur.

3. Imppp. Honor. & Theod. AA.

Præca prouincialium nostrorum, & præcipue rei priuatae nostræ, perniciosum vel periculosum est militum molestia fatigari. Ideoque lege ad simplicianam præfecturam promulgata, censemus, ne hoc deinceps vsurpetur: super quate vniuersos quorum interest, conuenire tua magnificencia non moretur: neque permittat possessores vel colonos pratorum gratia qualibet importunitate vexari.

DE FVNDIS PATRIMONIALIBUS, & SALUENTIBUS, & EMPHYTEUTICIS, & EORUM CONDUCTORIBUS.

TIT. LXI.

1. Imp. Constantinus A.  
 Si quis fundos emphyteutici iuris salua lege fisco citra iudicis auctoritatem donauerit, donationes firmæ sint, dummodo suis quibusque temporibus ea, quæ fisco pensanda sunt, repræsentare cogatur.

2. Ibidem Augustus ad Dracontium.  
 Patrimonialis fundi pensitacionem seu aurariam seu frumentariam intra tempus omisam minorum dominio non nocere præcipimus, nec ad fraudem iuris eorum accedere, si quod solenniter debetur, pauld serius inferatur: ita tamen, ut permaneat substantia paruulorum, iudex tuorem vel curatorem per quem differtur illatio, negligentia suæ & deserti officij penas exigit, & damna depolare compellat.

3. Imppp. Valentinianus & Valens Augusti  
 Quicumque possessiones ex emphyteutico iure susceperint, ea ad refundendam vitæ occasione non

possunt, qua afferant desertas esse cepisse, tamen rescripta per obreptionem meruerint. sed nec auclli eas ab his posse, nec si licitatio ab alio fuerit promissa: sed eis in perpetuum apud eos qui eas susceperint, & eorum posteritatem remanere, nec si super hoc rescriptum fuerit aduersus eos impetratum.

4. Imppp. Valens, Gratian. & Valens Augusti ad Florentium.

Vndi patrimoniales & qui ex emphyteutico iure ad domum nostram diuersis generibus deuoluti sunt, sic eis qui eos poposcerint, cedunt, ut commissi metus esse non possint. Neque enim magis commodamus nostra, quam tradimus ex iure dominij ita tamen, ut ea, quæ in nostra possessione positi præstiterint, & in posterum soluant.

5. Imppp. Gratian. & Valens Augusti.

Sequitur prioribus colonis vel emphyteuticis adhibitum patrimoniale fundum à peræquatore, vel censitore susceperint: perpetuo eundem, atque inconculso iure possideant, nec quisquam secundus petitor accedat.

6. Imppp. Gratian. Valens, & Theod. AAA.

Hi quibus patrimoniales possessiones per Asiam & Ponticam diocesium: vel à nobis, vel à diuis partibus nostris sacra largitate donatæ sunt, inconculsa possideant, atque ad suos posteros transmittant: quod quidem non solum in hereditibus, sed etiam in contractibus omni generis volumus custodiri.

7. Ibidem AAA. Cynegio P.P.

Quicumque ad emphyteusim fundorum patrimonialium vel reipublicæ iussu nostri numinis veneritis si redundantia fortunatum idoneus fuerit ad restituenda quæ desertis fortè possessionibus requirentur, patrimonium suum publicis implicet nexibus. Si verò minor facultatibus probabitur, dactis fideiussoribus idoneis ad emphyteusim accedat: sciens his quos talium rerum cura sollicitat, in se negligentia damna, si luliusmodi cautio defuerit, esse vertenda.

8. Ibidem AAA. Nedarcho.

Omnes fundi patrimoniales per Mesopotamiam & Osdrochenam prouincias, quos constar diuorum retro principum sanctionibus limiti deputatos, salua pristinum sine vilius adfectionis reuocentur oblatulo, præbituri omnia quæ antea impendente necessitatibus limitis præberi consueuerant: ita ut nulli penitus ausiantur, qui aut rescripto aut adnotatione dominium vel emphyteusim vel conductionem quolibet genere largitatis de nostra liberalitate meruerint.

9. Imppp. Arcad. & Honor. Augusti.

Vniuersi cognoscant nihil priuato iure, salvo canone, fundis amptis cum patrimonialibus esse commune: ita ut ad eos nunquam patrimonialium fundorum peræquator accedat: graui multa feriendo eo, qui statuta nostræ clementiæ ausus fuerit temerare.

10. Ibidem AA. Eutychiano præf. præf.

Vndos patrimoniales eos dimittaxat, qui saluo canone iure priuato nostra liberalitate concessi sunt, cum his patrimonialibus qti in conditione propria constituti sunt, illustri auctoritas tua iubeat exæquari: ita ut releuato onere rei quod imminet fatigatis, translatio in eos qui integris viribus florent, & adscriptio tributorum, æqua lance diuidatur.

11. Imppp. Honor. & Theod. Augusti.

Vs emphyteutici prædij, quod sine obligationis vinculo retentatum est iudicio nostro, immutabile perdurare præcipimus, possessionem autem, quæ sine obligatione speciali fuerit vitiosa, vetustate temporis nolimus adiudari.

12. Imppp. Theod. & Valens Augusti.

**P**ossessores, vel emphyteuticarii patrimoniales, qui fundus minimè nunc vsque comparauerunt, eodem largitatis modo nequaquam ad eorum comparationem vigeantur: sed tanquam pretiis dependentis, sic eis, nostri numinis beneficio potantur: ut quod iuris alter inferendo pretium consecutus est, hoc nostra liberalitate prædictus emphyteuticarius habeat. Illud quoque ius, in quibus coluit prædicti, quod aut ex successione, aut ex comparatione priuata, aut nostri numinis liberalitate, aut quocunque modo possedit, sciat illibatum inemertatumque seruari: licentia eis concedenda etiam libertates mancipiis ex fundis patrimonialibus atque emphyteuticariis, cum fundorum sint domini, præstare.

**13. Idem Augusti ad Florentium P.P.**  
**N**vllam iam in posterum licere præcipimus patrimonialibus seu limitrophis vel saluiculis fundis, qui per tractum Orientis possiti sunt, ad ius transferre priuatum: siue dempto siue saluo canone iuris fundorum immutatio postuletur: legis temeratores quinquaginta librarum auri pena coercerentur: tam videlicet petitorum, quam officium quod petitionem concedit admitti: licet adnotatio nostra vel diuina pragmatica contra veterem profectur.

**14. Imp. Anastasius A.**  
**I**temus omnes qui in quacunque diocesi aut quacunque provincia vel quolibet saltu vel ciuitate fundos patrimoniales vel templorum, aut agonotheticos, seu releuatorum iugorum, vel cuiuscunque iuris per quadraginta iugiter annos (possessione scilicet non solum eorum qui nunc detinent, verum etiam eorum qui antea possederant, computanda) ex quocunque titulo, vel etiam sine titulo hæcenus possederunt, vel postea per memoratum quadraginta annorum spatium possederint, nullam penitus super dominio memoratorum omnium fundorum vel locorum, vel domorum à publico actionem vel molestiam aut quamlibet inquietudinem formidare, sed impositum canonem pro qualitate iuris, cuius prædita sunt vel loca, per singulos annos soluentes, pro certo habeant suum esse quod possident, vel postea possederint: ita ut omnibus ad excludendam omnem quolibet modo ex publico mouendam questionem, nuda ex quocunque titulo, vel etiam sine titulo corporalis quadraginta annorum iugis possessionis exceptio possit sufficere: hoc etiam adiciendo, ut illi quoque qui adempto canone huiusmodi fundos ab initio principaliter iustitiam detos sibi fuisse confirmant: si per quadraginta annos adempti canonis beneficium iugiter possederint: nec canonem cuius ademptionem quadraginta (sicut dictum est) annorum post se testatur, possint penitus profigari: eo quod nostræ pietati placuit in vtroque casu: id est tam saluo, quam adempto canone, possessorum nostrorum iura in eo statu in quo per quadraginta annos (sicut dictum est) iugiter manserunt, absque vlla inuocatione durare.

**DE MANCIPIIS ET COLONIS patrimonialibus, saluiculis, & emphyteuticorum fundorum.**

**TIT. LXII.**

**1. Imp. Constantinus A.**

**E**mphyteuticarii grauant coloni, agros præter consuetudinem vsurpantes, quos nullis culturis erudierunt: cum solennitas id eos auctoritate permittat, quod eorum labore vel oliuetis est institutum, vel vineis. Sed & irriguis fontium aquas vsurpare conantur, quarum fructus solis emphyteuticariis debentur. Ideoque placuit, ut deinceps aquarum iura potestatisque penes emphyteuticarios permanerent: tantumque ex eis coloni impertiantur, quantum culturis eorum agrorum sufficere manifestum est, quos ipsi colunt, pro modo autem superduos ir-

rigationis, quam ultra culturas suas vsurparint emphyteuticariis possessoribus pensiones accessio- nisque præstant.

**2. Imp. Valen. Gratian. & Valens. Augusti.**

**L**ibertates quas mancipiis ex fundis patrimonialibus atque emphyteuticis, qui fundorum non sunt domini, præstiterint, rationales huius præcepti auctoritate rescindant.

**3. Imp. Grat. Valen. & Theod. Augusti.**

**C**ogouimus à nonnullis qui patrimonialibus fidos meruerunt, colonos antiquissimos perturbari, atque in eorum locum vel seruos proprios, vel alios colonos surrogari. Edicti itaque huius auctoritate sancimus, eos qui deinceps aliquid huiusmodi crediderint autentandum, hisdem possessionibus esse priuandos.

**4. Idem Augusti Cynegio præfecto prætorio.**

**S**uper patrimonialium refectione fundorum dudum nostris editi legibus constitutum, ut hi qui eos colentes, solum eorum venterant: nunc ad alia se loca dirigentes, nunc ad militiam conuolantes, ad auitas conditiones, & propria iura renouentur. Ceterum eos qui castrensis stipendii omnia quietam meruerunt, iam veterani constituti, nequaquam placet tela in vsum vomeris ligonisque conuolere.

**DE FUGITIVIS COLONIS PATRIMONIALIBUS, SALUICULIS, & EMPHYTEUTICIS.**

**TIT. LXIII.**

**1. Imp. Valentin. Theod. & Arcad. Augusti.**

**Q**uicumque paruuli ex municipiis vel colonis patrimonialibus vel saluiculis, quorum tamen aut ac patres implicati huiusmodi functionibus fuerint, conuentione militaris officij ad stipendium castrense vel officia diuersa transferant: ad munera patriæ, vel ad agrorum cultus conueniendibus, tribuunt, ac præpositis reuocentur, neque his stipendia data possint.

**2. Idem Augusti Cynegio præfecto prætorio.**

**Q**uisquis colonum patrimonialium aut sollicitatione susceperit, aut occultatione celauerit: non solum ipsum restituere, sed etiam libram auri penam nomine inferre cogatur. PP. VIII. Kalend. Nouembr. Constantino P. Honorio N. P. & Eudodio Conf.

**3. Imp. Honorio & Theod. Augusti.**

**C**uiuscunque adnotationis, vel oraculi dudum impetrati, vel postea elicendi auctoritate submota: omnes quos patrimonialium agrorum vinculis fortuna tenet adscriptos, sub quibuslibet gradibus militantes, ad provinciarum moderatores iudicium illico sub idonea intercessione mittentur.

**DE COLLATIONE FVNDORVM patrimonialium, & emphyteuticorum.**

**TIT. LXIII.**

**1. Imp. Constantinus Augustus.**

**E**mphyteuticarii possessores qui mansuetudinis nostræ beneficio ad extraordinaria minimè deuocantur munera: sicut ceteri provinciales, obsequium suum itineribus munificentis impendant. Nulla enim ratione debent ab hoc quod in commune omnibus profuturum est, se iungi.

**2. Idem Augustus ad Ouinium.**

**P**atrimoniales fundos extraordinariis oneribus vel medicæ aut tertie portione obsequiis fatigari non conuenit, cum eisdem & auri speciem, & frumenti plurimum modum conset persolvere: ita ut qui violare statuta tentauerit, puniatur. PP. VI. Kalend. Septembr. Kartagini, Constantino A. & Iovinio Coas.

**3. Imp.**

**3. Imp. Iulianus Augustus.**

**O**mnes qui patrimoniales fundos sine communiter siue ex asse retinent, pro his conueniendi sunt ad vniuersorum munerum ad eosdem fundos pertinentium pro rata portione vel in solidum fundationes, sicut vnumquemque priuatorum necessitas publica pensionationis adstringit. Dat. v. Cal. Apr. Martiano & Neuita Conf.

**4. Imp. Valen. & Valens Augusti.**

**P**lacuit ut emphyteuticorum fundorum patrimonialiumque possessores, qui voluerint tempore, & quantum habuerint pensionis paratum: dummodo non amplius quam in tribus per singulos annos vicibus, officio rationalis adsignent: ac de suscepto ab eodem securitate eodem die pro more percipiunt: modo ut intra Ianuariarum iduum diem omnis summa rationibus publicis inferatur, grauisimæ penæ subdendo officio, si cuiquam quolibet anni tempore (dummodo nequaquam numerum ternæ illationis excedit) solutionem facere gesserit: negauerit susceptionis officium: vel si moram fecerit in chirographo securitatis edendo: super quo possessor, aut procurator, vel magistratus, aut quicumque in locis fuerint qui consensuerunt actorum habent potestatem, conueniat contestari: & de officij insolentia conset, in quo excoecanda vindicta est: & his possit esse consultum.

**5. Imp. Arcad. & Honor. Augusti.**

**P**er omnes provincias patrimonialium fundorum ab ordinariis iudicibus canon exigatur: & quicquid exactum fuerit, dirigatur. Sciant verò memorati iudices nihil sibi ex priuata rei canone, vel ex eo quod ex hisdem titulis contigerit, ad necesse sitates alias transferendum: nisi maluerint grauisima seuitate eorum licentiam coerceri.

**DE FVNDIS REI PRIVATÆ, ET saluibus diuinae domus.**

**TIT. LXV.**

**1. Imp. Constantinus A.**

**V**niuersi cognoscant has possessiones quas de fisco nostro comparauerunt, seu comparant, nullo à nobis iure retrahi, sed propria firmitate iustas, etiam ad posteros suos dominij perpetui durabilitate dimitti.

**2. Imp. Valentin. & Valen.**

**H**i quos commoditas priuata rei prædiorum ad hæc postulanda sollicitat, adeant tunc dignationis officium, & modum suæ liberationis indicent per libellos: certumque habeant quod vnaquaque villa eum eo onere vel forma cui nunc habetur obnoxia, ad noui domini iura emigrabit: ut si qui ad adierit sumptus cura vel solertia, quicquid mancipiorum vel pecoris accreuerit, capitationis aut canonis augmenta non patiantur, sed solis dominis hereditibusque dominorum sit cessura felicitas. Si quis autem in annis singulis non soluerit debitum ex re ipsius: quod in reliquis remansisse clauerit, sine aliquibus depedere cogatur induciis. Sanè si quem postea minus idoneum factum esse constet, nec ita ut expedit, rationem reddere pensionis: res quas ex nostris rebus acceperat, ad alium idoneum iure quo sancimus, transferentur: nec tamen decoctoris cuiusque reliquii, qui nouus accedit, onerabitur.

**3. Imp. Grat. & Valens Augusti.**

**Q**uicumque possessionem rei priuatae nostræ acceperit suo nomine, vel iure perpetuo, & vel titulo conductus et crediderit esse tradendam, qui pensare vilitatem patrimonij nostri soluendo non valeatis pro eo quem succedaneum surrogauit, perpetuæ solutioni statuat obnoxius.

**4. Idem ad Orebium.**

**V**niuersi fundi templorum, ad rationalium rei priuatae sollicitudinem curamque pertineant: & ab his annis etiam solutionibus postulat: pe-

culiari (ut semper fuit) studio defendantur.

**5. Idem ad Nebridium.**

**V**sus aquæ, quæ fundorum nostrorum vtilitati bus seruiat, plurimorum dicitur vsurpatione sublati: idque procuratorum conuentionia vel dissimulatione perfectum, ut agrorum fertilitas destituta, nullus fructus cultoribus præstet. Quia igitur factis iniustum est statum ageris ante patrimonij aridæ sitis molestia fatigari, ad meatus pristinos vniuersum aquæ motum, tempbris præscriptione submota, præcipimus reuocari.

**6. Imp. Arcadini.**

**E**um qui collegio, vel curiæ, vel burgis, ceterisque corporibus per xxx. ann. sine interpellatione feruiteritres dominice, vel intentio priuata non inquietabij, si colonatus vel inquilinatus questionem mouere tentauerit: sed in curia vel in corpore in quo seruierit, romanear. Dat. III. Kal. Iul. Med. Stilichone & Aureliano Conf.

**7. Imp. Theod. & Valen. Augusti, ad Eudorium.**

**N**emo dempto canone ad comparationem dominice possessionis accedat. Quod si quis in posterum ad interdicitum contractum accesserit, eum volumus pretia perdere perpetuo: nec expensarum, vel melioratæ rei fructum exactioni compensationem opponere, nec temporis sibi met contra nostra commoda præscriptione exceptio venustatis auxilio blandiri: palatinum etiam officium si quoquo modo contractus eiusmodi fuerit celebratus, vel si talem petitionem instruxerit, quinquaginta pondi auri penam nomine inferre priuato nostræ mansuetudinis ærare: nulla liberalitate nostræ clementiæ, nulla sanatione contra tanta rei priuatae commoda valitura: licet adnotatio, vel diuina pragmatica sit, quæ contra veteri canonem vendere concedat, vel penam palatino remittat officio. Dat. XIII. Kal. Iun. Constantino P. Anatholio v. c. Conf.

**DE FVNDIS ET SALTIBVS rei dominicæ.**

**TIT. LXVI.**

**1. Imp. Valen. Theod. & Arcad. Augusti.**

**S**i quis ouium vel equarum greges in saltu rei dominicæ alienis immiserit: si illico vindicetur. Quod si venalis procuratorum conuentionia vel id deinceps tenetur, admittit: eos grauisimo iubemus supplicio subiacere.

**2. Imp. Arcad. & Honor. Augusti ad Paulinum comitem dominicæ rei.**

**S**i qua loca ad sacrum dominium pertinentia cuiuslibet temeritas occupauerit, secundum veteris census fidem in sua iura retrahantur: rescriptis per obreptionem impetratis, & præscriptione longi temporis, & noui census præiudiciis in hac causa submouendis. Neque enim aut præcatio colorata, aut incubatio diuina, aut nouella professio, proprietatis nostræ privilegium abolere poterunt. Dat. v. Kal. Apr. CP. Arcadio III. & Honorio III. AA. Conf.

**DE AGRICOLIS ET MANCIPIIS dominicis, vel fiscalibus rei publicæ vel priuatae.**

**TIT. LXVII.**

**1. Imp. Constantinus Augustus.**

**N**vllus omnino originalis colonus rei priuatae nostræ, ad aliquos honores vel quolibet alia cuiusmodi munera deuocetur. Non enim ciuitatum ordinibus, & ceteris, ex quibus pro multitudine heri nominationes oportet, per omnia florentibus, ad hæc superiora prædicia inuoluta nominatione descendunt.

**485**

2. Idem Augustus Ianuario P.P. Colonos nostros, qui priuati sunt, vel ad ratiocinia gerenda, vel ad colendos agros indonesi, reuera hi iubemus, ac tantum colendis nostris rebus addici: quin etiam in posterum obseruari ne quis eorum rem priuatam cuiusquam gerendam, aut aliquid administrandum suscipiat.

3. Idem Augustus ad Equitum magistrum equitum & peditum. Serui atque coloni, & eorum filij, vel nepotes, vel quicumque de suis ac possessionibus nostris ciuiculo ad officia conuolauerint diuersa, reddantur, etiam si armatae habuerint sacramenta militum. Nos enim etiam eos discipuli iubemus, ac reddi, qui proceptorum fuerint nomine adepti.

4. Imp. Gratianus Valentinianus & Theodosius Augusti ad Florum. Ex ingenuo & colonis ancillisque nostris natos Enatas, origini ex qua matres eorum sunt, facies deputari.

5. Imp. Valentinianus Theodosius & Arcadius Augusti. Dominicos colonos neque ad descriptionem patitur deuocari, neque extraordinariis pati functiones: maxime cum aduersus consuetudinem memoratis onera dicantur inferri.

6. Imp. Theodosius & Valentinianus Augusti. Notens alicui colonorum agrum priuati patrimonij nostri placuerit uenundari: non, ynus tantum, qui forte consortibus suis grauis ac molestus existat, sed alij quoque duo vel plures ex simili origine ac iure uenientes, in supradicta emptione, sociari.

DE PRAEDIIS TAMIACIS, ET DE his qui ex colonis dominicis ab hisque liberis conditionis procreantur.

Tit. LXXVII.

1. Imp. Zeno Augustus Chiserotij P.P. Si liber colonus vel colona libera tamiace vel tamiace matrimonij iure copuletur: filij vel filiae ex huiusmodi conubertio procreati vel praecreati, colonis dominicis adnectuntur, si autem adscriptitij vel seruis alienis colonam, vel ancillam dominicam ducat in uxorem, vel adscriptitiam vel ancillam colono vel seruo nubat dominico, ex huiusmodi coniunctio nibus nati sunt liberi: veterum legum ius tenere sancimus.

2. Idem Sebastiano P.P. Meminimus pragmaticam sanctionem iussisse fundos tamiaci iuris in prouinciis positos, nec non etiam possessiones Gonaticae salutis sub certa forma (saluo scilicet canone, & tributariis collationibus) huiusmodi praediis impositis, uolentibus distrahi, quatenus quicquid ex pretijs memoratorum fundorum possit reuolui, publico inferatur. Sed licet per eandem sanctionem huiusmodi uenditionum contractibus plenissima delata sit cautio, attamen perpetuae emptionis securitati consulentes, huius etiam perpetuae constitutionis auctoritate muniri eosdem emptores praecipimus.

DE DIVERSIS PRAEDIIS VRBANIS & rusticis templorum & ciuitatum, & omni reuolui ciuili.

Tit. LXXIX.

1. Imp. Iulianus A. Attico. Pro rebus quas nonnulli in solo reipublice ex truxerunt, placitam praestare pensionem cogantur.

2. Idem A. Secundo P.P. Amphylia, etiam ciuitates & quaecumque alia, quicquid sibi acquirant, id firmiter habeant.

3. Imp. Arcadius & Honorius Augusti. Restaurationi moenium publicorum terram portionem eius canonis qui ex locis fundis reipublice sumus praestacione confertur, certum est fa-

tis posse sufficere. Dat. III. Non. Jul. Med. Olybrio & Probino Cons.

4. Idem AA.

5. Imp. Valentinianus A. Si qui ex titulo donationis vel emptionis, siue ex alio quolibet titulo possessiones, vel domus, vel ergasteria iuris diuinitatis, quae huius iuris esse uere probantur, cuiuslibet ciuitatis, & praecipue huius aeternae uirbi, cui maiorem debemus fauorem, tam ciuili (ut dictum est) iuris, quam etiam agnoscitricas possessiones, a Consulatu Ausonij & Olybrii, dempto ciuili canone acceptantibus impositum eis canonem iuxta hunc publicum monumentum ciuilitatis ad quam eadem res pertinuerint, praebere iubemus. Nam si priuati iuris debita non parum denegari, multo magis praebenda sunt ciuitatibus, quae iure debentur: cum sufficiat possessoribus, quod apud eos dominium in perpetuum ex nostra liberalitate permaneat. Si quae tamen possessiones iuris ciuili canonem priuatis largitionibus in praesenti praebent, uel nunquam adeptum, uel postea impositum: ad hanc iustitiam non pertinebunt, sed priuato ratio canonem quem nunc agnoscunt, inferre ex more debentur, dominio firmiter apud eos successoresque eorum & detentores pari modo permanente. Dat. xv. Kal. Feb. Constantino, Martiano A. Cof.

5. Imp. Valentinianus A.

6. Imp. Zeno A. Haec in perpetuum ualitura lege sancimus Nicetium ciuitati, seu habitatoribus eius tam ius exactionis XL solidorum annui canonis ciuili redditis ad suam patriam pertinentibus, & possessoribus, id est Callimacho & Eliburno, nec non Emperio & Veratorio cum Epotio eorum sub territorio Apantiae ciuitatis constitutis, ex nuper lapsa tertia indictione cum ipsa restituit: quam si quid ex quo sancto Martiani diuinae memoriae lata est, ad eundem ciuitatis praedictum gestum est, inferri, & quod ex eadem praesensione ciuitatibus delatum, interea qualibet occasione minutum est, ex auctoritate constitutionis nostrae serenitatis eisdem ciuitatibus redhiberit: ut nec iudiciali auctoritate, nec imperiale scriptum, quacumque uidelicet adiectione munitum, saepe dicta generalis legis uires possit infringere. Quod si quis aliter fecerit, poena graui plectetur.

6. Imp. Zeno A.

DE LOCATIONE PRAEDIORVM ciuilium vel fiscalium, siue templorum, siue rei priuatae, uel dominicae.

Tit. LXX.

1. Imp. Gratianus Theodosius & Arcadius AAA. Dui patris nostri aperta praecipione cauetur, fundos ex re priuata nostra ita tradi perpetuaris, ut periculo collocantium officiorumque tradantur. Neque enim quicquam potest ex deuotionis plenitudine uacillare, si apparitione iudiciali & fundi idoneis attributi sunt, & inde fiscalis indemnitas idonea fide iussione est iugitata, quorum si alterum uel utrumque neglectum est: quae ex hoc titulo perhantio canonica desideratur, ex officiorum facultatibus feruetur.

2. Idem AAA. Nibrio. Fvndi reipublice ab his qui nec titulo conductionis eos detinent, quique meliores cultu patrocinante reddiderint: nec nostrarum quidem sanctionum (si forte quispian per se reptionem meruerit) nutibus auferantur iuxta legem veterem: semel tantum licentia faciendae adiectionis indulta.

reptionem meruerit) nutibus auferantur iuxta legem veterem: semel tantum licentia faciendae adiectionis indulta.

1. Imp. Honorius & Theodosius AA.

Loca omnia fundi reipublice, propositis prius licentia editis, dehinc ubi in eorum canonis modum contententium augmentum successerint, ut extendi uelut, aut superari alterius oblatione non possint: perpetuaris conductoribus locentur.

4. Idem AA. Mineruo Comiti R.P.

Congruit equitati, ut veteres possessores fundorum publicorum nouis conductoribus praerantur, si facta per alios augmenta suscipiant.

5. Imp. Theodosius & Valentinianus AA.

Praedia domus nostrae si semel iure perpetuo, uel nostra praecipione, uel auctoritate illustris uiri comitis ararij priuati, apud aliquem fuerint uel iam dudum sint collata, ad alium transferri perpetuarium non oportet. Aperte enim definitum hoc edito, ut a perpetuario nunquam possessio transferatur, etiam si alteri eam imperator uel exoratus uel sponte donauerit, siue adoratione, siue pragmatice: cui si forte contra perpetuarium uir illustris comes priuatarum rerum dum allegabitur, acquiescet: & de proprio ipse centum libras auri, & alias centum sibi iuribus palatiuum inferre cogatur officium. nec tamen post allegationem habeat huiusmodi iustitiam firmam, sed nec locabitur alteri, licet ingent superari uideatur augmento possessio. Iure igitur perpetuo publici contractus firmitate perpetuaris securus sit: & intelligat neque a se, neque a posteris suis, uel his ad quos ea res uel successione uel donatione, siue uenditione, uel quolibet titulo peruenerit, esse retrahendam. Sanctum quia non ex omni parte excludenda est largitas principalis, rem diuinae domus suae imperator, si uelit, donabit ei qui eam possidet, iure perpetuo: siue ipse iam meruerit, siue cuiuslibet tituli iure successerit: videtur enim suam concedere pensionem: non alteri nocere liberalitas, quae possidentem iure perpetuo dominum uult uocari. Sanctum si quis non perpetuo iure, sed ad tempus locatam, ab illustri uiro comite rerum priuatarum possessionem uidetur adeptus: non erit obstaculo principali largitati, si uoluerit in alterum donatione transferre, quod ad definitum tempus alter forte conduxit. Si uero pro tali praedio ab altero conductore offeratur augmentum, sit in arbitrio conductoris prioris cui res ad tempus locata est, ut si ipse, quod alter adiecit, obtulerit, maneat penes eum temporalis illa conductio. Si uero idem hanc ipsam re aliquando meruerit iure perpetuo possidere: habebit & ipse superius expressam perpetuam firmitatem.

DE CONDUCTORIBVS ET procuratoribus siue actoribus, praediorum fiscalium domus augustae.

Tit. LXXI.

1. Imp. Theodosius & Valentinianus Augusti P.P.

Conductores homines uel Augustissimae domus nostrae quocumque de causa ad domum regiam pertinente aliquid quaestionis emeruerit: non aliter quam ex legum ordine (quibus similiter omne hominum genus tenetur) uel excipiant uel inserant actiones: nec aliorum litigatorum negotio intercedant: nec sententiam indicantium aut illicito patrocinij sui fomite iura conuincant: nulliue excusationis suae turbulentum ministerium audeant commodare: non priuatis se negotiis, non publicis miscant: nec quiescentem domum delatio uilla solliciter: ne eos inconstituta pertinacia sero perueniat. Grauior enim poena constituenda est in hos qui nostri iuris sunt, & nostra debent custodire mandata Dat. prid. Non. Mart. Rauea. Theod. XII. & Valentiniano II. AA. Cons.

QVIBVS AD CONDVCTIONEM praediorum fiscalium accedere non licet.

Tit. LXXII.

1. Imp. Arcadius & Honorius AA. Nestorio Comiti R.P.

Nvllus palatinorum qui in officio rei nostrae priuatae militat, conditionis nomine uel se se uel per quamlibet personam possessionem huiusmodi conducendam habeat facultatem: cum neque militi, neque curiali hoc faciendum permittimus. Dat. vi. Kal. Aug. Vincencio & Fruuitta Cons.

DE COLLATIONE FVNDORVM fiscalium, uel rei priuatae, uel dominicae, uel ciuilitatis, uel templi.

Tit. LXXIII.

1. Imp. Arcadius & Honorius AA. Ordinariorum iudicum officijs, nec non ipsis rectoribus prouinciarum, auctores, siue conductores dominicos conueniendi licentiam damus: ita tamen, ut rationalibus priuatae rei ad exigenda fiscalia debita immincant.

2. Idem Augusti Messalae P.P.

Palatinos qui a uiro illustri comite rerum priuatarum cum publicis literis designantur ad commotionem iudicis, quo facilius ex praediis rei nostrae conferantur debite pensiones, cum summa degere praecipimus disciplina: de quorum nominibus, si temere uersati fuerint, ad sublimitatem tuam referri per ordinarios iudices oportebit, ut in eos seuerissime vindicetur.

3. Idem AA. Theodosius A. Petronio P.P.

Omnia praedia tam ea quae in re priuata olim detineantur, quam illa quae ex praescriptorum bonis ad fiscum sunt deuoluta: ex tunc ab huiusmodi priuilegiis & excusationibus submouentur, ut omnes species annonarias, cursumque etiam debitas, atque integram opinionem sciant esse soluendam.

DE PRIVILEGIIS DOMVS AVGVSTAE uel rei priuatae, & quarum collationum excusationem habent.

Tit. LXXIII.

1. Imp. Constantinus A. ad Italicum. Priuatae possessiones nostras ab uniuersis muneribus sordidis placet immunes esse: neque earum conductores, neque colonos ad extraordinaria munera uel superindictiones aliquas conueniri. Dat. vii. Kal. Feb. Bononiz, Placido & Remulo Cons.

2. Imp. Valentinianus A.

Rem priuatae nostrae, leuandorum prouinciarum causa canonice necessitates ea conditione qua cunctos volumus sustinere, sed excessit occasio iussionem: quandoquidem non locis solitis frumenta quae sunt ex diuersis salibus conueheada, trahantur, sed easque porrentur, quod graue atque damnosum est prolehere. Proinde spectabilis sinceritas tua remanentes in iisdem locis implere faciat proprias functiones quibus antea frumenta praebant.

3. Imp. Honorius & Theodosius Augusti.

Pro tyronibus in corporibus postularis preta eorum ferri ex fundis perpetuaris nostrae rei priuatae praecipimus.

4. Idem Augusti Asclepiodoto praefecto praetorio.

Asit ut nos instructione uiae publicae, & rationum Aratarumque operis, ut his maiorum principum C C C.

dedicatis, inter sordida nomina numerantur. igitur ad instructiones reparatione que itinerum pontium...

5. Imp. Theod. & Valent. AA. Flauiano P. P. Excepto patrimonio pietatis nostrae, cuius quidem...

DE GREGE DOMINICO, TIT. LXXV.

1. Imp. Arcad. & Honor. AA. Cesario praefecto praetorio. Repostis edictis sublimis magnificentiae tuae...

DE PALATIIS ET DOMIBVS, TIT. LXXVI.

CODICIS DOMINI IVSTINIANI, SACRATISSIMI PRINCIPIS ex repetita praedictione,

LIBER DVODECIMVS.

DE DIGNITATIBVS, TIT. I.

1. Imp. Alexander A. Severin. I ut proponitis, & auium consularum, & patrem praetorium virum habuistis...

2. Imp. Constant. Augustus Volusiano P. P. Neque famosis & notatis, & quos scelus aut vitae...

3. Idem ad Nuphidum P. P. Maior dignitas nulli debet circa prioris dignitatis...

4. Imp. Constantius & Constant. AA. Philippo. Senatorum substantias, quas in diuersis locis & prouinciis possident...

5. Idem ad Clearchum. Nemo praefectus vrbis citra praerceptionem vel scientiam nostrae vlli muneris subiugiet...

6. Idem Orphico. Ne quis ex vltimis negotiatoribus, vel monetariis abiectione officii, vel deformibus ministris...

1. Imp. Theod. & Valent. AA. Ioanni comiti rerum priuatorum. Consecratis nobis aedes, id est iaclyta palatia...

DE CVPRESSIS EX LVCO DAPHNENSIS vel Perseis per Aegyptum non excidendis vel vendendis, TIT. LXXVII.

1. Imp. Arcad. & Honor. AA. Si quis Daphnensis luci in Syria, vel Perseis in Aegypto arbores comparauerit...

2. Imp. Theodosius & Valentinianus AA. Eudoxio P. P. Omnes iudices cuiuscunque dignitatis sciunt posthac absque permissu magnitudinis tuae...

riis, vel stationariis, omnique officiorum fece, diuersisque partibus turpibus lucris...

7. Idem ad Senatam. Quoniam diuersi iudices nonnulla opera in quibusdam existimant vrbibus extruenda...

8. Imp. Iulianus Sallustio P. P. Vs senatorum, & auctoritatem eius ordinis in quo eos quosque ipsos numeramus...

9. Idem Iulianus. Libertorum filios adipisci clarissimam dignitatem non prohibemus.

10. Imp. Valens, Grat. Valent. Augusti ad Gracchum P. P. Severam indagacionem per tormenta querendi a clarissimo homine submouemus.

11. Idem AAA. ad Procopium. Senator, vel alius clarissimus priuatus habeat filios, editos quippe antequam susciperet dignitatem...

11. Imp. Gratian. Valent. & Theod. Augusti Neotherio PP. Iudices, qui se furis & sceleribus fuerint...

13. Imp. Valent. Theod. & Arcad. Augusti Martiano comiti Orientis. Mulieres honore maritorum erigimus, genere nobilitamus...

14. Imp. Theod. & Valent. AA. Basio P. P. Praecipimus, ut senatori in qualibet prouincia constituto, nullam habeant iudices iniungendi...

15. Idem Augusti & Arcadius A. Apollonio P. P. Clarissimis vel spectabilibus vniuersis ad genitale solum...

16. Idem Augusti & Arcadius A. Apollonio P. P. Si grauius vllum facinus admittatur, nocente persona extra carceralem custodiam...

17. Imp. Honor. & Theod. AA. Arcadio P. P. Quotiens ex priuata cuiuscunque interpellacione ciuili vel criminali viro illustres conueniendi...

18. Imp. Anastasius A. Eusebio magistro officiorum. Iubemus, saluo honore qui per reuocationem factam...

19. Imp. Arcad. & Honor. AA. Tatiano P. P. De praetoribus et honoribus praeturae, & collatione, & glebae, & folij, & septem solidorum funatio...

20. Imp. Arcad. & Honor. AA. Tatiano P. P. Nemo ex clarissimis & spectabilibus qui in prouinciis degunt, ad praefecturam postea deubocetur...

21. Imp. Valent. & Marcianus AA. Apollonio Dom. vel com. & consuli. Ordinem consulatus ad antiquam reduximus...

22. Imp. Zenon A. Nemo ad sublimem patriciatum honorem (quod ceteris omnibus antepositum) ascendere liceat...

23. Imp. Zenon A. Nemo ad sublimem patriciatum honorem (quod ceteris omnibus antepositum) ascendere liceat...

24. Imp. Zenon A. Nemo ad sublimem patriciatum honorem (quod ceteris omnibus antepositum) ascendere liceat...

Nemo ex clarissimis & spectabilibus qui in prouinciis degunt, ad praefecturam postea deubocetur...

2. Idem AAA. ad Senatam. Glebam vel sollem, siue vij. solidorum functionem, siue quamlibet huiusmodi collationem...

DE CONSULIBVS ET NON SPARGENDIS ab his pecuniis, & de praefectis, & magistris militum, & patriciis, TIT. III.

1. Imp. Theod. & Valent. AA. ad Senatam vrbis Constantinopolitanae.

Antiquus statutum est, consularibus viris ceteros quidem honoratos ipsius trabe summate, pares vero insulis...

2. Imp. Valent. & Marcianus AA. Apollonio Dom. vel com. & consuli.

Ordinem consulatus ad antiquam reduximus, ianctorem, ut sellam nostri honoris merito, non rapiendi studio...

3. Imp. Zenon A.

Nemo ad sublimem patriciatum honorem (quod ceteris omnibus antepositum) ascendere liceat, nisi prius aut consulatus honore potitur...

**4. Idem A. Sebastiano P.P.**  
**S**ancimus viros excellentissimos consularibus  
 Somaibus qui iam facti sunt, vel postea fuerint,  
 procedendi quoque & re ipsa per annum gerendi  
 consulatus, imperato videlicet principali iudicio,  
 legitimam tribus facultatem: ita ut perfecta quam  
 meruerint processione, non nouum aliquid, vel  
 quod nondum habeant, adipisci: sed consulatus ius,  
 quod semel eis consularis detulerat processio, ite-  
 rasse beneficio videantur: & in adoranda nostra  
 purpura, vel in consequendis cunctis consulum  
 honoribus & priuilegiis ex anteriore tempore  
 prouectionis ordinem sibi met nouerint vindican-  
 dum. Hoc etiam obseruando, ut huiusmodi consul-  
 nec centum libras auri aquarumque huius incly-  
 te ciuitatis pro tenore sacre constitutionis prae-  
 bendas, quas cum esset consularis, praestiterat, con-  
 sul postea creatus persoluere denuo compellatur.

**5. Imp. Iulianus August. Iohanni P.P.**  
**S**ancimus, viros excellos patricios, quos in hu-  
 iusmodi dignitatis apicem Augusta maiestas re-  
 gulerit, illico ab imperialibus codicillis praestitis  
 patresfamilias effici, ac potestate liberari paterna:  
 ne videantur, qui a nobis loco patris honorantur,  
 alieno iuri esse subiecti: (quis enim patitur pa-  
 trem quidem posse per emancipationis modum  
 suis nexibus filium relaxare: imperatoriam autem  
 celsitudinem non valere eum quem sibi patrem  
 elegerit, ab aliena eximere potestate?) ne si con-  
 trarium approbetur per quamcumque machina-  
 tionem, imperialis maiestas minui videatur. Et  
 hoc quidem raris contingere satis certum est: ne-  
 mo enim facile respexit filiumfamilias in patri-  
 ciatu honorem prouectum, quemadmodum in  
 consularibus haec res visitata est: sed ne quid in par-  
 te temporis tale eueniat, & sine legibus inuenia-  
 tur, ideo haec nobis visa sunt facienda.

**DE PRAEFECTIS PRAETORIO,**  
 siue vrbis, & magistris militum in dignita-  
 tibus ex quaerendis.

**TIT. IIII.**  
**1. Imp. Valens, Valens, & Gratianus Augusti ad**  
**Ampelium P.P.**

**P**raefectum vrbis, & praefectum praetorio, & ma-  
 gistros equitum ac peditum, indiscretis duci-  
 bus dignitatis: vique adeo videlicet, ut cum ad  
 priuatam secesserint vitam, eum locum velimus  
 esse potiorum, qui alios promotionis tempore, &  
 codicillorum ademptione praecesserint. Dat. III. Non.  
 Jul. Nasonaci. Accep. III. Non. Septemb. Modesto &  
 Arinthico Coss.

**2. Imp. Gratianus, Valens, & Theod. Augusti**  
 Restituto P.V.

**Q**uisquis magistrum equitum peditumque  
 susceperit, & gesserit ante captam a quoquam  
 praefecturam: is cum priuatus erit, & hono-  
 rem deposuerit, ex praefectis, qui prouecti fuerint,  
 praeferatur. Sit igitur sedes prioris ante prouectis,  
 locus conspectior, decernendi loquendique facul-  
 tas antiquior, cui est splendor adepti magistratus  
 vetustior. Dat. VIII. Kal. Jul. Theod. Gratiano v.  
 & Theod. AA. Coss.

**DE PRAEPOSITIS SACRI CUBICULI,**  
 & de omnibus cubiculariis, &  
 priuilegiis eorum.

**TIT. V.**  
**1. Imp. Honor. & Theod. Augusti Florentio**  
 P.V.

**S**acri cubiculi praepositi ea dignitate fungantur  
 qua sunt praediti qui eminentissimam praetor-  
 rianam vel vrbanam meruerint praefecturam, aut  
 certe militarem magistrum potestatem: ita ut sit  
 inter eos post depositas administrationes nulla  
 discretio, siue nostrae scripturae adoratarij milit-

tantur imperium, siue pro suo arbitrio solennes  
 festiuitates, & catus, vel salutationes, vel quilibet  
 alia officia frequentent: ut in sedibus & in concessis  
 eis ordo seruatur, quem ordo prouectionis ostendit:  
 deris: sub habitu videlicet ipsi consuetor: cum ma-  
 nifeste decretum sit eum esse potiorum, qui pra-  
 cesserit: vel illum subsequi, quem recentius proba-  
 uerit examen. Dat. VIII. Id. Nou. CP. Honorio XII. &  
 Theod. AA. Coss.

**2. Imp. Theod. & Valens Augusti Pro-**  
**culo P.P.**

**H**ac nostrae mansuetudinis aeterna lege sanc-  
 tus, ut omnes cubicularij qui de nostro cubi-  
 culo exeunt, antequam primum locum obtineant  
 (excepto castrensium & comite domorum) his priu-  
 legiis praeruantur, si id est ut neque possessiones  
 eorum angustas, siue perangarias, vel etiam para-  
 ueredos in posterum dispositione tui culminis, vel  
 alius calumnia dare cogantur, ne sordidis ad-  
 huc muneribus, deus ministerij, quod militando  
 videbantur adepti, otij tempore & quietis amit-  
 tant. domos quoque eorum vel in hac sacratissi-  
 ma vrbe, vel in qualibet alia posita ciuitate, ab  
 omni hospitum cuiuslibet dignitatis iniquitudine  
 vindicamus: prouinciarum rectoribus, eorumque  
 apparitoribus denarium librarum auri dispendio  
 ferendis, si mansuetudinis nostrae statuta distimula-  
 re, & ex aliqua parte violare tentauerint.

**3. Imp. Leo & Anthemius AA. Iohanni comiti**  
 & magistro officiorum.

**C**ubicularios tam sacri cubiculi mei, quam ve-  
 nerabilis Augusti, quos vtroque certum est ob-  
 sequi occupatos, & aulicis generalibus inhxren-  
 tes, diuersa iudicia obire non possent: obseruatio-  
 ne aliorum tribunalium liberamus, ut in sublimi-  
 tatis solummodo tua iudicio propositas aduersus  
 se excipiant adiones.

**4. Imp. Leo Augustus Pusco P.P.**

**I**tem omnes qui vel iam in sacrum cubicu-  
 lum cuiuspiam liberalitate donati, aliove titu-  
 lo dati vel dandi, principalibus obsequiis inhæ-  
 rere vel ante meruerunt, vel postea meruerint, li-  
 cet nulla interueniente scriptura, nulla consecutio-  
 ne gestorum, postquam deuotissimis cubiculariis  
 fuerint sociati: ad conditionem libertatis ingenui-  
 tatisque rapiantur, raptique videantur. hoc non  
 solum circa superstitios, sed etiam circa mortuos  
 volumus custodiri. Nam cum hoc priuilegium vi-  
 deatur principalis esse proprium maiestatis, ut non  
 famulorum, sicut priuatae conditionis homines,  
 sed liberorum honestis vtrius obsequiis: per ini-  
 quum eos duntaxat pari fortunae deterioris incom-  
 moda: sed testamenta quidem ad similitudinem  
 aliorum qui ingenuitatis infulis decorantur, pro  
 sua liceat eis condere voluntate: intestatorum vero  
 nemo dubitet facultates, utpote sine legitimis suc-  
 cessoribus defunctorum, hinc iuribus vindicari. Et  
 haec omnia tunc diligenti obseruatione volumus  
 custodiri, cum sponte, suaque voluntate quis de-  
 derit eunuchum sacri cubiculi ministeriis adha-  
 surum. Si vero quidam fuerit violenter extortus,  
 aut inuito domino vel ignaro intra sacrum ausus  
 sit militare cubiculum: liceat domino destinatum  
 sacra ex lege cubiculariis interpellare iudicium:  
 & eum quem probauerit nolente se vel inficio sa-  
 crum penetrasse cubiculum, ut suum famulum  
 cum peculio consequatur. Sed & sicut iuris imple-  
 randi praesidij facultatem denegari non conuenit:  
 ita nec calumniandi viam patimur diutius esse  
 patefactam. Ideoque tempus quinquennij praefini-  
 mus, intra quod contra eum suas debeant exercere  
 quaestiones: ut si medio tempore mouere distulerint,  
 ulterius eis tamquam in suum famulum  
 vindicandi, vel eius ut serui peculium, vel bona  
 quasi liberti, copia denegetur. Hæc omnia quæ  
 super deuotissimis cubiculariis sancimus, etiam ad  
 cubicularias, quæ a domino in sacrum cubiculum  
 datae vel dandæ sunt, superstitios atque mortuos  
 extendi

extendi propagarique decernimus.  
**5. Imp. Anastasius Augustus Eusebio magistro**  
**officiorum.**

**I**tem duobus viris illustribus praepositis v-  
 riuque sacri cubiculi, tam nostrae pietatis,  
 quam serenissimae nostrae coniugis, qui post fini-  
 tam militiam senatorio fuerint consortio sociati,  
 licere quotiens ad aspiciendos agros suos, vel ob  
 aliam causam proficisci voluerint, cingulo vtrius-  
 cum hoc ad implendum eorum desiderium, & ad  
 nullius laxonem respicere videatur.

**DE QAESTORIBVS ET MAGI-**  
**STRIS OFFICIORVM, & comitibus sacratum largi-**  
**tionum, & rei priuatae.**

**TIT. VI.**

**1. Imp. Gratianus, Valens, & Theod. AA.**  
 Restituto P.V.

**Q**ui ex quaesturae honore, aut officiali magiste-  
 rio, aut comitatu vtriusque patri nostri, ato-  
 nito splendore vigerunt: acclamatione excipian-  
 tur solita, nec praetereantur ut incogniti.

**DE PRIMICERIO ET SECVN-**  
**dicerio, & notariis.**

**TIT. VII.**

**1. Idem Imp. Eutropio P.P.**

**P**recipua est nostrae pietatis intentio circa no-  
 tariorum nomina: atque ideo si vnaquam huius  
 ordinis viri laborem quiete mutauerint, vel abie-  
 cerint, vel senectute posuerint, seu cum alia digni-  
 tate posthac qualibet vti sunt, non omittant prio-  
 ris vocabulum militis, sed compendium sequentis  
 honoris adsumant: & si quis ex officio vel praeci-  
 puz sublimitatis tuz temerario adfensu in discul-  
 siones, per quaestiones, aliam denique villam rem  
 iniquitator extiterit: officium suum nouerit vel le-  
 uis culpae offensione detecta, grauis multa discrimi-  
 mine fatigandum: & numerariorum corpus extin-  
 cto iniuriz auctore minuenum.

**2. Imp. Zeno Augustus \* magistro offi-**  
**ciorum.**

**P**raeclaram nobilemque militiam spectabilem  
 tribunorum notariorum, qui gloriosus obsequiis  
 non nihil reipublice commoditatis afferunt & de-  
 coris, diuersis beneficiorum titulis munitendam  
 credimus & augendam. nam biennales metas viro  
 spectabili pro tempore primicerio agendis nume-  
 ris duximus statuendas. Hos autem tribunos, qui  
 suis negotiis occupati, minime sacrum palatium  
 curauerint frequentandum: nisi intra annale spa-  
 tium reuertantur, quamuis commeatus iura praetendat,  
 pro absentia quidem vnus anni, vnus  
 gradus: si vero duobus annis absuerint, duorum: si  
 tribus, triu: si quatuor, similiter quatuor graduum  
 subire iacturam: his qui inferiores eis fuerint,  
 postpositis. Qui vero per quinquennium inte-  
 grum se praesentare cessauerint: exemptos matricu-  
 la, tantum nomine tribunorum, non vero ordine  
 perpotiri: his in hunc modum dispositis, vacatio-  
 nem census, discussionis, per quaestiones, & cuiuslibet  
 alterius rei habituros. Illud praecipue prouisionem  
 nostram sagitare perspeximus, ne per ambicionem,  
 vel gratiam, aut cuiuslibet occasionis  
 obtentu, vel laborum seu sollicitudinum specie, pu-  
 blicorum cuiquam liceat aliquando graduum se-  
 riam conturbare, & temporum ratione calcata, du-  
 dum militibus anteferris: & que longis proli-  
 xisque stipendiis defensa iam pollicetur senectus,  
 gratiosa festinatione surripere: hoc etiam adicien-  
 dorum primicerius post depositam publicam nume-  
 rorum sollicitudinem, si ipsam gesserit admini-  
 strationem, cuius consequitur dignitatem, magistris

officiorum pro antiqua consuetudine infulas for-  
 tiatur, omnibus vacantibus, quamuis tempore pra-  
 cedentibus, praerponendus.

**VT DIGNITATVM ORDO**  
 seruetur,

**TIT. VIII.**

**1. Imp. Gratianus, Valens, & Theod. Augusti**  
 ad Praetextatum P.V.

**S**i quis indebitum sibi locum usurpauerit, nulla  
 se ignorantia defendat: sitque plane sacrilegij  
 reus, qui diuina praecpta neglexerit. Dat. XIII.  
 Kalend. Iun. Mediolani, Richomere & Clearcho  
 Coss.

**2. Imp. Theod. & Valens AA. Cyro P.P.**

**O**mnes priuilegia dignitatum hoc ordine ser-  
 uanda cognoscant, ut primo loco habeantur  
 hi qui in actu positi, illustres peregerint admini-  
 strationes: secundo veniant vacantes, qui praesentes  
 in comitatu illustris dignitatis cingulum merue-  
 rint: tertium vero ordinem eorum prospiciamus,  
 quibus absentibus cingulum illustris mittitur dig-  
 nitatis: quartum honorariorum, qui praesentes a  
 nostro numine sine cingulo codicillos tantum hono-  
 rariæ dignitatis adepti sunt: quintum, eorum  
 quibus absentibus similiter sine cingulo mittun-  
 tur illustris insignia dignitatis. Sed administrato-  
 res quidem etiam comites rei priuatae vacantibus  
 omnibus honorariis anteponi censemus. Vacantes  
 autem post administratores venientes, non omnes  
 iam omnibus honorariis credimus praerponendo:  
 sed eos vacantes illis honorariis, qui similem ade-  
 pti sunt dignitatem: ut praefectorius quaestorius,  
 non quaestorius praefectorio praeratur: parique  
 modo quaestorius quaestorio: non vacans comes the-  
 saurorum, vel comes rei priuatae, honorario qua-  
 estorio, vel magistro officiorum praeratur. Et inter  
 administratores illos etiam numerari decernimus,  
 quibus illustribus in sacro nostro consistorio cin-  
 ctis aliquid ordinariæ dignitatis vel ante commi-  
 ssimus, vel postea committimus peragendum: verbij  
 gratia si vacanti magistro militum belli cura  
 committatur. Cur enim aut vir magnificus Germa-  
 nus magister militum vacans appelletur, cui bel-  
 lum contra hostes mandauimus: aut cur excellen-  
 tissimus Pentadius non egisse dicatur praefecturam  
 cuius illustribus cunctis dispositionibus vice praetor-  
 ianae praefecturae miles in expeditione copia  
 commeatum abundauit?

**DE MAGISTRIS SACRORVM**  
 scriniorum,

**TIT. IX.**

**1. Imp. Theod. & Valens Augusti Zoilo**  
 P.P. Orientis.

**V**iris spectabilibus magistris omnium factorum  
 scriniorum, nostrae beneuolentiae liberalitas  
 tribuenda est, qui nostrae quodammodo adfide-  
 maiestati videntur: ideoque post depositum etiam  
 officium ab omni indictionis onere seu ciuiliu  
 seu militarium iudicium prorsus immunes esse  
 praecipimus: ut nec amplissima quidem sedetui  
 culminis eis vlla molestia super suscipiendo quo-  
 libet grauatine priuato vel publico penitus in-  
 iungatur. Hoc beneficium ad proximis etiam sa-  
 crorum scriniorum, & ex proximis volumus propa-  
 gari: quinquaginta librarum auri officio tui cul-  
 minis condemnatione multando, si quid aduersus  
 statuta elementis, nostra innovari concesserit. Dat.  
 v. Kal. Mart. Theod. A. xviii, & Albino Coss.

DE COMITIBVS CONSI-  
storianis,  
TIT. X.

1. Imp. *Aradius & Hunsine* Augusti Se-  
uerino P. V.

**E**os qui tranquillitatis nostrae consistorij dici  
comites meruerunt, spectabilibus proconsuli-  
bus aequari generaliter decernimus.

2. Imp. *Anastasio A. Eusebio* magistro  
officiorum.

**V**iros spectabiles comites consistorianos, & con-  
iuges & liberos, quinque tam seruos eorum atque  
colonos iisdem priuilegiis, tam intentiones ab  
aliis proponendas excipiendo, quam suas contra  
alios exercendo, perstrui, quibus viri clarissimi  
principes scholae agentium in rebus, per sacram  
pragmaticam sanctionem diuini memorij Zeno-  
nis vtuntur.

DE COMITIBVS ET TRIBV-  
nis scholarum,  
TIT. XI.

1. Imp. *Honor. & Theod. AA.* Prisciano P. V.

**R**epositos ac tribunos scholarum, qui in-  
quietudinis epulis adhibentur, & adorandi  
principis facultatem antiquitus meruerunt: inter  
quos comites etiam sacri stabuli, & cura palatii  
numerantur) si primi ordinis comitiuam cum  
praepositura meruerint, & casu ad altiora non pe-  
uenerint: deposito sacramento inter eos qui comi-  
tes Aegypti vel Ponticae dioceseos fuerint (quo-  
rum pars dignitas est) haberi praecipimus: alios, qui  
honore comitiuae regimem fuerint nati, absolutos  
nullius, inter eos qui duces fuerint provinciarum,  
numerari iubemus. Datum vii. Kal. April. CP. Lu-  
cio V. C. Coss.

DE COMITIBVS REI  
militaris,  
TIT. XII.

1. Imp. *Valens, Valens, & Gratian. AAA.*  
Ampelio P. V.

**Q**ui contemplatione meritorum, dueto intra  
provincias transmarinas strenuissimo milite,  
primi ordinis comitiuam fuerint consecuti: re-  
uerentia altissimarum dignitatum vires subiun-  
gantur, vsque ad locum praesentem, qui proconsulatus  
insignibus adornantur. Dat. iiii. Non. Jul. Nafonna-  
ei, Modesto & Ariultheo Coss.

2. Imp. *Honorius & Theodosius AA.* Prif-  
ciano P. V.

**E**os qui sub comitiuam primi ordinis dignitate  
peculiariter ad quamlibet provinciam, vel pro-  
uincias defendendas milite credito auctoritate no-  
stri numinis destinantur, & eos qui vicem illu-  
strum virorum magistrorum militum susceperint  
peragendam, ducibus qui praeter Aegyptum & Pon-  
ticam in aliis provinciis administrauerint, adae-  
quamus. Dat. xii. Kal. April. CP. Lucio V. C. Coss.

DE COMITIBVS, ET ARCHIA-  
tris sacri palatii,  
TIT. XIII.

1. Imp. *Honorius & Theodosius* Augusti  
Prisciano P. V.

**A**rchiatros intra palatium militantes, si comi-  
tiuam primi ordinis nobilitauerit gradus inter  
vicarios taxari praecipimus, siue iam pridem depo-  
suerint militiam, siue postea deposuerint: ut in-  
ter vicarios & duces qui administrauerint, & eos  
qui comitiuam primi ordinis meruerint, nihil  
interfuit, nisi tempus quo quis administrauerit, vel  
comitiuam adeptus est insignia. Dat. xii. Kal. Apr. CP.  
Lucio V. C. Coss.

DE COMITIBVS QVI PROVIN-  
cias regunt,  
TIT. XIII.

1. Imp. *Honorius & Theodosius* Augusti  
Prisciano P. V.

**E**gubernacula sub iurisdictionis licentia comi-  
tes quoque primi ordinis esse meruerint, vicarij  
dignitatis post depositam administrationem priu-  
ilegiis frui oportet. Dat. xii. Kalend. April. CP. Lucio  
V. C. Coss.

DE PROFESSORIBVS QVI IN  
vrbe Constantinopolitana docent, ex le-  
ge meruerint comitiuam,  
TIT. XV.

1. Imp. *Theod. A. & Valens, Cxf.* Theophilo P. V.

**R**hematicos tam Graecos, quam Latinos, so-  
phistas, & iurisperitos in hac regia vrbe pro-  
fessionem suam exercentes: & inter statutos conu-  
neratos, si laudabilem in se probis moribus vitam  
esse monstrauerint, si docendi peritiam, facundiam  
dicendi, interpretandi subtilitatem, copiamque  
disserendi se habere patefecerint, & coram ampli-  
simo iudicante digni fuerint aestimati: cum ad vi-  
ginti annos observatione iugi ac sedulo docendi  
labore peruenierint, placuit honorari, & his qui  
sunt ex vicaria dignitate, connumerari. Dat. Id. Marti.  
CP. Theodosio A. xi. & Valentiniano Cxf. Coss.

DE SILENTIARIIS, ET DECY-  
rionibus eorum,  
TIT. XVI.

1. Imp. *Honorius & Theod.* Augusto Vrfo P. V.  
& AEmiliano com. ord. Pr. & Strate-  
gio PP. Illyrici.

**D**ecuriones nostri palatii post emensum fide-  
liter obsequium, postque deposita sacramenta  
militiae, electionem habeant, siue ex magistro offi-  
ciorum, vel ut agentes, dignitatem consequi a no-  
stra maiestate maluerint: siue inter viros illustres  
comites domesticorum, videlicet inter agentes ta-  
xari: vt tam in adoranda nostra serenitate, quam in  
salutandis administratoribus, & reliquis praedicti  
honoris priuilegiis, necnon in nostro consistorio  
his honor omnifariam obseruetur. Dat. prid. Kal.  
Nou. CP. Honorio x. & Theodosio vi. AA. Coss.

2. *Idem* Augusti Venantio PP.

**V**nusquisque decurio vel silentarius a Tyro-  
num equorumque praestantibus habeatur im-  
munis: nullam collationem, quae plerumque posci-  
tur, soluat: nihil his villa potestas iniungatur, aut ne-  
cessitas imponatur.

3. Imp. *Theod. & Valens* Augusti Flauia-  
no P. V.

**D**ecurionibus & silentariis etiam si ad superio-  
rem gradum successu meliore transcendunt:  
omnia priuilegia, quae iam dudum diuorum  
principum iudicio meruerunt, legis istius praec-  
ptione nouerint esse firmata, non praedicta  
quacumque generalitate pragmatica, nec angarias,  
vel parangarias, siue paraueredos vlla eis amplif-  
simae praecptionis imponatur auctoritas, sordidus  
quoque muneribus, excoctione calcis, & superindit-  
ti grauamine eos liberamus. Domo quoque eor-  
um non tantum in hac sacratissima vrbe, sed in  
qualibet alia posita ciuitate, immunes ab omni  
hospitum cuiuslibet dignitatis inquietudine vin-  
dicamus: permittimus eis veniendi ad comitatum li-  
centia praeter euocatorij securitatem: multa decem  
librarum auri iudicibus provinciarum, eorumque  
officiis infestanda, si Ratusa nominis nostri credi-  
derint esse commendanda, his addimus, vt cum opti-  
tam quicquam acceperint, & inter viros illustres se-  
natores

natores ceperint numerari: honore curiae sine aliqua  
functione laetentur, immunitatisque gaudio plena  
dignitatis laetitia potantur: vt dignitatem solam ha-  
beant ex senatu, sub hac videlicet definitione, vt tri-  
ginta tan ummodo numero ea priuilegia conse-  
uantur. decurione, quoque tres, sed eos tunc demum  
perpetui decernimus beneficiis superscribis, cum  
per continuos tredecim annos inculpatas excubias  
peregerint. Dat. ix. Kal. April. Rau. Aetio & Valerio  
Coss.

4. Imp. *Zeno A.* Cofmz praeposito sacri cubiculi.

**N**e ad diuersa tracti viri deuoti silentarij iudi-  
cia, sacris abstrahi videantur obsequiis: sube-  
mus eos qui quemlibet deuotissimum silentario-  
rum scholae, vel eius uxorem ciuiliem vel etiam cri-  
minatim pulvere maluerint: minime eum ex cuius-  
libet alterius iudicio, nisi ex iudicio tantummodo  
viri excellentissimi magistri officiorum conueniri.

5. Imp. *Anastasio A.* Antiocho praeposito  
sacri cubiculi.

**I**ubemus clarissimorum silentiariorum praedictos  
imilitia, est genitorum suorum in potestate sint  
constituti: quacumque solatiarum, seu emolument-  
orum, vel donationum, seu hereditatum nomine  
per militiam vel quamlibet eiusmodi causam his  
acquisita sunt, vel fuerint, iure castrensis peculij pos-  
sidere, nec ea posse, vel parentes superstitibus sibi viui  
care, vel auferre, vel etiam post eorum obitum fra-  
tres, vel alios eorum heredes, quasi ad defunctorum  
dominium pertinencia, in diuisionem deducere. nec  
enim oportet labores eorum aliis fructum vel lu-  
crum adferre. Hac naque ratione simul & contem-  
platione, nec ipsam militiam vel suffragium quodeun-  
que pro ea, vel ab eisdem viris deuotissimis silentia-  
riis, vel a parentibus eorum, vel a quolibet alio da-  
tum est vel fuerit, ab his patitur in successionem  
defunctorum parentum conferri, seu nomine colla-  
tionis in medium eisdem offerri pecunias, vel his  
imputari. Ad hoc, de tutelis & curationibus eos ex-  
cusari facimus: ne alienarum rerum administrati-  
onem subire compellantur, qui propter nostra mini-  
steria nec suis curam seu prouisionem diligenter de-  
ferre possunt. insuper eorum liberos, qui dignitate  
virosum spectabilium comitum seu tribunorum de-  
corati sunt, vel fuerint, nullatenus nolentes admini-  
strationem praefecturae suscipere, seu peragere: omni-  
bus videlicet antelias priuilegiis in persona non  
tantum in praesenti militantium, sed etiam postea ei-  
dem consortio inferendorum, tam tempore militiae  
quam post eam depositam obseruandis. Dat. Kal. Ian.  
Joanne & Asclepione Coss.

DE DOMESTICIS, ET  
protektoribus,  
TIT. XVII.

1. Imp. *Valens & Valens* Augusti Eufignio P. P.  
**D**omestici ac protektores, osculandi, cum saluta-  
tionem, postquam in vicariis, tui culminis habeant potesta-  
tem, postquam enim sacre legij similes erit, si his honori-  
bus non defuerint, qui contingere nostram par-  
tem signi sunt existimati. Dat. prid. Non. Mar.  
Aetio A. xii. & Eutropio Coss.

2. Imp. *Theod. & Valens* Augusti Heliodoro P. V.

**P**rimice-  
tium vt  
inter eos  
dus ab eod  
consulari,  
cum ipsa lo  
Id. Jun. CP.  
hous quidem domesticorum & protektor-  
umque scholae post adeptum tribunatum  
spectabili dignitate perfruantur, qui duca-  
tum meruerint: alij vero qui decem sive pen-  
tem decem vsque numero subsequuntur,  
id est clarissimatus dignitate perfruantur  
sive decemprimorum accessione. Dat. xii.  
Aetio & Valerio vv. cc. Coss.

3. *Idem* Augusti Sporatio comiti domesti-  
corum pedum.

**S**i quis domesticorum nulla negotij publici ab-  
strahente sollicitudine, nec ei per comitatum so-  
lenniter, vt abesse, facultate concessa, per biennium  
obsequijs serenitatis nostrae defuerit: reuorsum in  
ordinem tractus inferiorem, quinque sequens, b  
postponatur. Si vero triennium eius absentia con-  
nuisse monstratur, vsque ad decimum locum pro-  
dubio regredietur. Quod si quadriennio tenus absue-  
rit, nouissimus colloceatur. Quinquennium autem si  
fuerit diuagatus: ipso iam singulo spolians est. in-  
dignum quippe est, desides a propriis tamdiu muniis  
aberrantes (quos esse conuenit addiduos) numerari.

4. Imp. *Institianus A.* Vigili consulari & Patricio.

**L**ege pragmatica sine fine videtur praenitendum  
lac constituendum credimus, vt si quis virosum  
fortium praesentium domesticorum in equitum  
schola secundicerij locum adeptus, diem interea si-  
premum clausur: heredes eius non reliqui tantum  
temporis quo eidem gradui superesse monstratur, ve-  
rum etiam insequens anni, hoc est primiceriatus so-  
latis ac emolumentis fruatur omnibus: vt quod ad  
questum & compendium militumque fructum pro-  
lixie pertinet, similis habeatur, ac si superflua parman  
sisset ad finem vsque supremum.

DE PRAEPOSITIS LABORVM,  
TIT. XVIII.

1. Imp. *Honorius & Theodosius* Augusti  
**Q**ui praepositi laborum nostro iudicio promo-  
uentur, clarissimi sint inter alios: ita vt ex  
consularibus habeantur. Nam & immunitate digni  
sunt, quos nostri lateris edictatus illustrat. Dat. iiii.  
Id. Nouemb. CP. Theodosio A. vii. & Palladio Coss.

DE PROXIMIS SACRORVM SCRIN-  
iorum, caeterisque qui in sacris scriniis  
militant,  
TIT. XIX.

1. Imp. *Oratianus, Valens, & Theod.*  
Augusti Cynegio PP.

**P**roximos memoriae, epistoliarum, ac libellorum,  
atque dispositionum, ita vicariorum honore cu-  
mulamus, vt inter eos merito dignitatis habeantur,  
qui pro praedictis dioceseos sibi creditis temperarunt,  
ex eo tempore ex quo eos splendor inopti proxima  
tus ostendat: insequentibus praepositi, qui vicarias  
postea administrauerint: & nullam iniuriam descri-  
ptionis perhorrescant. Dat. prid. Kal. Maij, CP. Ho-  
norio N. P. & Eudodio Coss.

2. Imp. *Valens, Theod. & Arcad. AAA.* Constan-  
tino P. P. Galliarum.

**I**n sacris scriniis nostris militantes, in provinciis  
ordinarij vel spectabiles iudicis ad saluati onem  
non arceantur, & inuiti in concessum accipiantur: sci-  
turis vel principibus, vel corniculario, vel capi tibus of-  
ficiali, ternas libras auri ex suis facultatibus erundas  
si consistorium nostrum saepe ingredientibus, secre-  
tarij iudicium non pauperit ingressus, aut reuerentia  
non fuerit in salutatione delata, aut fedendi cum iu-  
dice societatis denegata. Dat. vi. Id. Nouemb. Treuerijs  
Timasio & Promoto vv. cc. Coss.

3. Imp. *Arcad. & Honor. AA.* Claudio P. V.

**I**n scriniis palatii militantes, id est memoriae, episto-  
larum, libellorumque, ac dispositionum, post viginti  
annos transactae militiae si discedendum sibi esse de-  
creuerint: consulari honore fulti, inter alios ha-  
beantur: huncque honorem dignitatis teneant, qui ex  
consularibus deferri consueuerunt: nec eos quisquam in-  
iungendo aliquid vel iubedo possit ab imperio otio  
separare. Dat. xv. Kalend. Mar. CP. Arcadio vii.

& Honorio III. AA. Coll.

4. Idem AA. & Theod. A. Epiphano P. v. Vbemus ut primum omnium sit eorum, qui in sacris scriiniis nostris, id est memoriz, epistolariis, libellorum, & dispositionum referuntur, secuta possessio, ab omnibus fordidis muneribus excusata: superinductum non timeant: venalium non petatur: solumque canonicz indictionis presentem tributum: ut labore dignitas acquisita, extraordinarium munus ignoret: nec ullam temonum pziatur iniuriam: eorum tyronumque pztationem nullus agnoscat qui vel adhuc in scriiniis militat, vel honorem proximi, & comitariam primi dispositionum, longi temporis sudore quaesivit. Et hzc quidem patrio- nis censuram deserenda. Quod autem omnibus constar deserri, adiectu alterius dignitatis perire non patimur: ut etia si pro superioris fortunz iudicio ad honore ornamenta processerint, vetera tamen eis scriiniis labdre privilegia quesita seruentur. Dat. Id. Octob. Rau. Honorio VII. & Theodosio II. AA. Coll.

5. Imp. Honor. & Theod. Augusti Faustino PP.

Peculiari perceptionis nostrz fauore pztamus, ut in scriiniis memoriz, epistolariis, libellorum que, ab exceptoribus vsque ad melloproximos, dignitatem clarissimorum honoremque percipiant. & sicut reliqui, qui in istdem scriiniis militant, liberum cum ordinariis iudiciis ingressum, secretarij, confessumque habere legibus meruerunt: ita hi quoque in quos hanc stipendiorum meritis clarissimatus conserimus dignitatem, cum spectabilibus etiam habere sese reuerentiam recognoscant: ut concedendi, ingrediendique secretarij sibi sciam a nobis licentiam contributam. Dat. VIII. Id. Iun. Rau. Lucio V. C. Coll.

6. Idem Augusti & Valent. A.

Pro biennio annum solum agere deinceps decernimus eos, qui in tribus scriiniis, memoriz, epistolariis, libellorumque ordine ac merito stipendiorum ad gradum peruenerint proximorum. Dat. VIII. Id. Feb. C. P. Theod. A. VII. & Palladio Const.

7. Imp. Theod. & Valent. AA. Nomo magistro officiorum.

Vnicuique qui in sacris scriiniis militat, sui loci merita seruari oportere constituimus: & vniuersos qui vltra numerum statutorum in istdem scriiniis militant, sui gradus respectu, per ordinem quem sortiti sunt, in deficientium statutorum locum (ut tamen vltimis sociantur) subire decernimus, scilicet ut nemini penitus liceat, cum sit posterior tempore, locum precedentis, ambire: nisi forte ab eo qui tempore vineitur, laborum comparatione superetur: ut quindecim primatum eiusdem scriiniij testimonio cum sacramenti religione subnixus precedentibus dignior iudicetur. Hanc quoque obseruationem extra filios proximorum volumus custodiri, etenim vnicuique proximo vnum de suis filiis qui temporis dumtaxat suffragio nititur, licet parum obseruasse militiam cognoscat: insequentibus tempore qui laborum meritis muniuntur, antea se posse decerni. Illa tamen qui locum statuti mereant: proximo quidem ducentos, quinquaginta solidos, melloproximo vero vel adiutori pro consuetudine vniuersusque scriiniij viginti aut quindecim solidos offerre pztcipimus. Quod si quis de super numerarij qui in statuti locu subire debuerat, ne pecuniam offerat, statuti etiam gradum reculare voluerit: sequenti tam offerende quantitate pzteditz, quam surrogandi licentia permittatur. Ita videlicet, ut si secundus vel etiam tertius vel alterius cuiuslibet numeri, in eadem excusationis voluntate durauerit: accedenti semper eadem copia, quam precedentem reculauerit, tribuatur. Hos autem qui ad statutorum ordinem progredi

noluerint, nec de suo gradu volumus remoueri: & cum vacauerit status locus, conditionem quam antea repudiauerint, id est & offerende pecunie, & adipsiscendi status locum, liberam habere pztcipimus facultatem.

8. Idem Augusti Nomo magistro officiorum.

Proximos sacrorum scriniorum, quos fides ac diuturnz obseruationis industria, literatque militi: comitem quinqueam dispositionum, quem probitas ac strenuitas merito commendant, completo tempore suz militz comituz facti nostri consistorij cingulo in diem vitz potiri (manentibus videlicet: iam dudum pztitis saluis privilegijs proprijs) decernimus. Quibus enim pietatis nostrz arcana merito committuntur: his pietas nostra vram cingulo supra d. etz comituz ornandam decorandamque decernit.

9. Imp. Leo A. Patricio magist. offic.

In sacris nostris scriiniis militantes, per commeatum non continuam pztitum ante conuentionem profecti, intra indultum temporis spatium erunt cum suis coniugalibus & liberis de conuentione securitab indictionibus etiam publicorum & civilium munerum etiam pot complete in militiam excusatione potiantur: super domibus quoque quas in pro uinctis possident, metatorum inolefia liberentur.

10. Idem Augustus Hilariano comiti magistro officiorum.

Hac parte statutos memoriales pztcipimus esse in scriinio quidem memoriz sexaginta duos, epistolariis vero triginta quatuor libellorum quoque triginta quatuor: antiquarios vero, qui habentur in scriiniis memoriz, nunquam minus esse quam quatuor. Supra scripti autem memoriales nullo modo simplici fungantur officio, nec genitis charis irreperint: ut non occupentur plura in vnum se com moda collaturis, nihilque reliquij restituri.

11. Imp. Anastasius A. Eusebio magistro officiorum.

Si quis in sacris nostris scriiniis, memoriz dispositionum, epistolariis & libellorum, status iam connumeratus, ab hac luce fuerit subtrahatur: ab eo quicumque, utpote vacante loco, de substitutis in statutorum consortio fuerit vltimus subrogatus, pro solatio vel suffragio proximi, definitam sacreque constitutioni diuz memoriz Theo. Iosij & Valentianij principum insertam quantitatem definiti heredes & successores, vel liberi eius seu creditoris, qui seruus cum mortuo pro statuti loco et acquirendo contraxerint, consequantur: ita scilicet ut si hereditas vel successio defuncti minime fuerit, suscepta vel adita, tales personz, id est creditores quidem contra ceteros pztrogatiua sibi seruat: liberi autem vel agnati seu co- ti, non hereditarij, sed priuilegij nomine simili me huiusmodi summam percipiant: sibi que petere ac dicare permittantur: nullius machinatione huius di nostra dispositione retrahenda seu violanda xime cum viros etiam pro tempore spectabil- rundem proximorum scriniorum, si quis eorum completum proximatuz actum morte pztueq ad heredes successorisque suos residui temp- xipatus solatia sine quadam immutatione p- tere non dubitetur.

12. Idem Augusti Celeri magistro officiorum.

In sacris scriiniis militantes, & parentes tres eorum, necnon liberos, ex sententia do uia: celsitudinis criminales & civiles, agentium excipere iubemus: insuper etia seu adscriptis, & seruis eorum in hac degente a dem beneficio potiri: fidei p- adiutoris viri, spectabilis proximi, vel vni- tis, committendz sita ut si in provincia e-

memorialis repetus fuerit, iuratori cautioni committatur: ut est non possideat immobilium substantiam, serui nihilo minus & coloni ad eam pertinente fidei eius tradantur.

1. Modum insuper sportularum, ad medio- erem deduci quantitatem: & executoribus de schola agentium in rebus attribuendis, vnum solidum singulos vsque ad finem negotij: proque ingressu in iudicio tuz magnitudinis quolibet modo faciendo, duos solidos: & pro editione gestorum exceptoribus dimidiam solidi partem: & si apud arbitrum negotium ventitari conigerit, ipsi quidem arbitro vnum solidum, & nihil amplius: excepto ribus autem eum obseruantibus, cum pro ip'o quod implere videntur ministris, quum pro editione gestorum seu relationis vel defensionis, partem solidi prabe- re sancimus: nec pro tempore virum spectabilem sibi patronum, vel executoris quibus immittendi huius sollicitudo iniuncta est, quicquam ab eis exigere seu pztrogare concedi: dimidia scilicet expen- sarum quas in iudicio tui culminis a memoratis personis pztberi statum, portione in iudicij provincialibus ab his agnoscentia: ita ut si de civilibus annonis, vel tutela seu curacione, vel noui operis nunciacione item eos subire contingat: in maiore quidem iudicio ad similitudinem sumptuum, quos in iudicio eminenti tuz dependere pcepti iunty ad vram clarissimum pztectum annonz, seu sici, pa- tronum vbiaricaz magnifice pztectuz, vel archi- lectos, pro modo eorum quz super arbitris, & liti- bus apud eos exercendis superius statuta sunt, sol- uentes expensis, nihil amplius agnoscere seu depen- dere cogantur.

2. Quz omnia custodi iubeamus, siue per se, siue per procuratores aut etiam defensores li- tes exercere maluerint. Hoc, si prolata scriptis senten- tia moniti sunt.

3. Si vero ex depositione seu aliter quis eo rum conuentus fuerit, nihil eum vel scriinio viri cla- rissimi adiutoris, vel cuiuslibet alij nomine sportula- rum offerre compellio: omnibus antelatis privilegijs, quibus postea per antea-ores dyorum principum sanctione, defendantur, in persona tant eorum qui adhuc militant, & qui postea eandem militiam for- citu sunt: quam eorum qui pzteditam militiam gra- du vacante iam deposuerint, vel postea deposuerint, seruandis: ut eorum commodum ipsi quoque vna cum vxoribus & liberis, colonis pzteterea & seruis pro- prijs, pztuantur.

4. Et quoniam in controuersis quas in iudi- ciis moueri conigerit, & qualitate litigatoribus volumus seruari, & aduersariis eorum: pro sumpti- bus & expensis similem antelatorum, beneficiorum pztrogatiua custodiri, propter hanc etenim cau- sam & viros deuotos memoriales non tantum agen- do in quolibet iudicio, sed etia adiones ab alijs inge- rendas excipiendo, privilegijs a nobis indultis potiri decernimus: his videlicet qui militiam virorum de- uotissimorum memorialium gradu solito deposue- runt: seu deposuerint, etia quietis amore per provin- cias domicilium fouere maluerint, omnibus nihilominus privilegijs, quz huiusmodi personis per sa- cratissimam legem nuper promulgatam a nostra li- beralitate pztita sunt, muniendis, & eorum commo- dis atque auxilio potituris.

13. Imp. Iulianus Augustus Proculo quaztori sacri palatii.

Comperimus diuinitus quidem pridem fuisse di- spositum, viros deuotos adiutores tuz magnitu- dinis, certos esse in numero, nec ad huiusmodi nomen vel oeram plures licitum esse adspirare: quam in scriiniis quidem sacre memoriz duodecim tantum: septenos vero in duobus reliquis scriiniis, id est, sa- cratorum epistolariis, sacrorumque libellorum: sed posterius licentiam temporis supra modum indul- gendo ambitionibus distulisse sui merita, ac mul-

titudine dignitate: ut inter memorialium & adiu- torum numerum non longum penz interit.

1. Sancimus itaque reduci eas reuocari statum ordinis terminum: non ut eximantur adiutoribus hi qui pztaxer pzteditam dispositio- nem in presentem exuberant: sed ut interea omnibus alijs interdicator ab adfectando hoc nomen, donec exeuntibus singulis ac recedentibus decretere possit vena conglomeratio, legitimique iam resideat numerus: non prohibendis viris deu- otis adiutoribus defistentibus ab eodem officio, cum vel ad laterculensis gradum in scriinio sacre memo- riz pztecti fuerint, vel secundum locum obtine- rint, in duobus alijs scriiniis, postquam proximi ierea bantur, licet nondum redacta sit quantitas pristina, tamen alios pro se quos elegerint surrogandos ad- iutores petere: qui posteriores erunt ceteris.

2. Illud etiam disponendum duximus, ut- pote nonnullis anterioribus exemplis subnixum, necnon iustitiz congruum, ut ab his, quibus concessum est adiutorum agmini pro se sociare, libellus offeratur viro illustri pro tempore quaztori, pten- daque eius subscriptio tempus, atque hominem, necnon etiam rem ipsam continens: id est quod inter adiutores ei quem pro se surrogat, inter pte- missam est: ordinandis videlicet huiusmodi adiutoribus pro ratione temporis quibus libelli potreti sunt: ut etiam si in memorialium matricula inferiora lo- co sit, qui prior in adiutoribus meruit: adiutor quid- dem habeatur superior: memorialis vero posterior: pro virisque ordinis modo vel discrimine, quod etiam in alijs quoque penz omnibus officiis obser- uari dignoscitur.

14. Idem Augustus Tatiano magistro officiorum.

Hac lege sancimus, si quando adiutores viri ma- gnifici pro tempore quaztoris sacri nostri pala- tij, in accusatione civilis causz vel criminalis ad- ducti fuerint: strictum iuris & integritatis congruum ordinem conseruari: ut si sine scriptis conueniendi- bus, nomen eius pztectis ore designatum esse su- ficiat. Sin autem scriptis in querimonia vbius adiu- torum aut plures forte serendi sint: monumenta sen- tentiarum in persona tantummodo conueniendi adiutoris pztcedentium, & equum & iustum initium futuro pztent certaminum.

1. Et quoniam probatioribus & exemplis potius quam indecorz conuetudini deceat indulge- ri: quod in vniuerso deuotissimorum scriinio libel- lensum cuiusque mponatur, id in adiutores sacre memoriz, sacrorum etiam epistolariis transfere- dum censemus: ut qui liberam proficiscendi licen- tiam pztrogatione conueatus indepi fuerint, si- ne qualibet stipendiorum aut emolumentorum de- ductiane peregre degant. etenim pro tempore viris clarissimis proximis & melloproximis, aut eorum adiutoribus, absentiz causa vel offerre de sito pro- prio, aut ex annonis seu stipendijs quicquam relin- quere cogendis: quamuis Ianuaris Kalendas indul- tum excedat spatium, & intra se festum diem con- tineat.

2. Ad hoc illud obseruari sancimus, ne alius adiutor pztaxer quamcunque ambitionem huius, qui in presentem sunt, vel post eorum deminutionem adatur, licet in veterem numerum redacti fue- rint.

15. Idem Augustus eidem.

Certe quidem sunt dispositiones nostri numinis, quas super adiutoribus viri illustris pro tempo- re quaztoris nostri palatii, quorum obsequio res a- giunt quaztoris, dedimus: quarum prima quidem ad supplicationem eorum ad adiutorum emissa, numero e- rum, qui erat illo tempore quo ptes nobis obtulerunt, neque aliquem eximi, ne que ad pztaxer, pzt-

terquam si quis eorum vel ad laterculensis gradum in scriinio sacre memorie, vel ad secundum locum in duobus aliis scriiniis, id est sacri epistolari, sacrorumque libellorum & cognitionum, prout eius fuerit. nam his licet de hinc ab adiutoris officio alios pro se, quos voluerint adiutores surrogare, vltimum locum in hisdem adiutoribus obtinere. licet superiorem in memorialibus habeant. Altera vero per sacram pragmaticam facta est, per quam excessu memorie viro Proculo suggerente precipimus illos etiam adiutores posse in suum locum alios inducere, qui per aliquem fortuitum casum minus implere suum officium valeant, veluti senium, vel morbum, vel aliam necessariam causam: quod ex ipsorum adiutorum petitione idem magnifice memorie Proculus ad nos retulit. Sed in presentia ab aliis memorialibus tam in scriinio sacre memorie, quam in ceteris duobus, sacrarum epistolarum, sacrorumque libellorum & cognitionum relatis adici compertimus, deminutionem eorum adiutorum impediri per memoratam pragmaticam sanctionem, & insuper venditionis quodammodo memorati officij locum introducum esse. quod ne de cetero fiat, presentem sanctionem ad tuam magnitudinem mitemus: per quam iubemus illis tantum permiffum esse secundum prius nostre serenitatis rescriptum alios in suum locum surrogare, qui vel laterculensis gradum in scriinio memorie, vel secundum locum in aliis duobus scriiniis adepti fuerint: secunda nostra sanctione super hoc capitulo de cetero cessante: nullaque danda licentia eorum adiutorum, preterquam si ad memoratos gradus ascenderit, alium pro se eisdem adiutoribus ex quocumque fortuito casu connumerare: vt eo modo ad veterem numerum eisdem adiutores redeant: & xii. quidem in scriinio sacre memorie, septem vero in aliis duobus sint, id est sacrarum epistolarum, sacrorumque libellorum & cognitionum. Illo videlicet obseruando, ne alius adiutor per quancumque ambitionem his qui in presentia sunt, vel post eorum deminutionem (licet in veterem numerum redacti fuerint) addatur. nam si permutationem, licet fortuiti casus inciderint, prohiberi disposuimus: multo magis prioribus manentibus alios introduci vetamus: ceteris scilicet anterioris sanctionis capitulis in suo robore permanfuris.

DE AGENTIBVS IN REBVS,

TIT. XX.

1. Imp. Arcad. Honor. & Theod. Augusti Anthemio magistro officiorum.

Nillus de schola agentium in rebus de cetero locum mortui conetur inuadere: sed is qui ordine stipendiorum, & laborum merito ad gradum militie sequatur, statim atque illum fata subduxerint, in eius premia percipienda succedat, omni obiectone cessante. Dat. prid. Kal. Jul. CP. Honorio A. vr. & Aristo Coll.

2. Imp. Honor. & Theod. Augusti Helioni mag. of.

Nvlli posthac sine nostre maiestatis auctoritate discingendi agentem in rebus, nulli eximendi pateat copia, nam probata schola, & animaduersione vereri iudicis, & nullam timere debet contumeliam vilitatis. Dat. xii. id. Nou. CP. Honorio x. & Theodosio vi. Augusti, Coll.

3. Imp. Leo A. Patricio mag. offic.

Matriculam agentium in rebus a tua celsitudine consecram admittentes, iubemus ne ducentarum plusquam quadraginta octo in singulis habeantur in posterum: & numerum centenariorum ducenti viri, quos vacante tempore gradus competentes admittent:

rint: parique modo biarchorum nome meritumque ducenti quinquaginta viri dumtaxat: preterea circitorum trecenti & equum quadringenti quinquaginta impleant. Sit in eternum illa quoque fixa stabilitaque tuz sublimitatis dispositio: vt si quis de numero ducentariorum, quos quadraginta octo quorannis esse censuimus, forsitan de luce migraverit: laborum eius fructum successores ab intestato vel ex testamento venientes, & luctum dispensent, & ita omnibus inter ceteros superstitibus solantur solatiis: tanquam si viuus, qui huc eadem diu sperauerat, sibi met vindicasset: qua de causa locum etiam eius successorum intuitu vacare conueniet. Nemo autem sine diuini probatoria, quam codices in sacro nostro scriinio memorie positi debeant inferendam accipere, militarium eiusdem deuotissimz scholaz stipendiis vel priuilegijs potiarur.

4. Idem Augustus Patricio mag. offic.

EX eo quo primum ducenz vel centenariorum gradum in schola agentium in rebus militantes moruerint, desinant in sacratissima videlicet ciuitate constituti alerius iudicij cuiuslibet auctoritate pulsari, vel in alio quolibet examine preterquam viri magnifici magistri officiorum, & cui forsitan ipse concesserit, actionibus sui quisque aduersarij responderet: quod multo magis in criminalibus causis obseruari decernimus. absurdum est enim, vt in eius saluum vel existimationem valeat quisquam proferre sententiam, cuius de nulla re possit pecuniaria indicare. Huius autem beneficij prerogatiuam subadiuuij etiam qui singulis inueniuntur temporibus, deseri iubemus: licet hanc in eorum persona moro quoque veteri seruari cognouerimus. vt tamen post depositum officium memoratorum, si non inter centenarios numerentur, communi iam lege responderent non ambigant. Prædictas autem omnes centenariorum personas in prouincijs repertas, concessa nunc specialia fori prerogatiua, (nisi publicæ executionis sollicitudo huiusmodi sit) vt prohibemus: eoque ordinariorum etiam iudicium pro veteri iure sententis obedire precipimus.

DE PRÆPOSITIS AGENTIVM IN REBVS,

TIT. XXI.

1. Imp. Leo A. Patricio mag. officiorum.

Agentes in rebus qui per ordinem consequi solent principatus insignia in vnoquoque scriinio fabricarum, & barbarorum: quatenus subadiuuarum sollicitudine per annum dumtaxat integrum procedentes gradatim subire hac in eternum valitura lege decernimus: exceptis videlicet vniuersis negotiatoribus quibuslibet mercimonium per se gerentibus interpositasve personas: cum eis ante sacratissimis constituti onibus interdictum sit militare: exceptis nihilominus his qui possessionum alienarum sollicitudinem procuracionemve susceperint. eos enim ad hec officia volumus aspirare, quorum labores, scholaz agentium in rebus testimonio comprobantur. Illi quoque sint ab hac liberalitate nostre mansuetudinis excludendi, qui cum scholaz eidem socientur, in sacris scriinijs quibus vir spectabilis primicerius & tertio ceteris præstant, adiuuantes eor publicarum chartarum tractatibus occupantur: & duobus officiis operam suam adhibere non possunt. nam præter emolumenta quæ de prædictis scriinijs consequuntur: principatus etiam solatio debent esse contenti. Quod si morbo vel ætatis senio capti & imperij huiusmodi rerum, vel quocumque alio vitio præpediti, per se memorati officij curam subire nequiverint: consideratis præcedentibus eorum laboribus, per substitutum chartularium eiusdem scriinii cui præfuturus est ipse, idoneum, & tam moribus optimis præditum, quam scientiam peritiamque rerum habentem,

habentem, electione sua, suamque periculo facultatum, præfactum munus eos implere precipimus.

2. Imp. Anastasius Celeri magistro officiorum. Hæc saluberrima sanctione decernimus, agentes in rebus pro conventionibus, & modo sportularum executoribus præbendarum, pro quantitate sumptuum, quæ circa litigia sibi met ab aliis inferenda, vel à se contra alios per semetipsos, seu per ordines ad se procuratores exercenda, conuenit ab his agnosci: beneficijs quæ in sacro nostro militancibus ministerio iam pridem per diuinas sanctiones indulta sunt, perpotiri: & fideiussorem idoneum de eadem schola, non autem extraneum offerre compelli: ita tamen vt priuilegia quæ unque centenarii seu ducentarii, vel chartularijs, seu viris clarissimis principibus post depositam quoque militiam iam per dispositiones principales impertita, & nunc vique obseruata esse noscuntur, intacta inuolantque custodiantur: cum per absurdum perque temerarium sit, hanc nostre liberalitatem pietatis quatenus aucta interpretatione non ad augmentum anteriorum priuilegiorum: sed deminutionem conuenire concedi, simili videlicet forma pro maioribus & minoribus eorum, necnon etiam liberis sub eorum potestate constituti, nec aliam sortitis vel sortituris militiam, necnon etiam seruis ad eos pertinere, seruanda: ita vt in prouincijs quoque supra dictæ personæ degentes simili beneficio perfruantur: sportulas tamen & litium expensas protertia superius enarratæ quantitatibus parte soluturæ, de prædictis librarum auri condemnatione aliaque grauissima indignatione his ferendis, quicunque nostra iussa quolibet modo seu tempore violauerint, seu violari consenserint.

DE PRINCIPIBUS AGENTIVM IN REBVS,

TIT. XXII.

1. Imp. Gratian. Valentin. & Theod. AAA. Cynegio P. P.

Agentes in rebus post palmam laboris emeritis, principatus honore remuneramus, atque ideo officialis tam ad necessitates publicas quam priuatas non nisi à principe mittatur auctore: nullamque sine ipso cuiquam mandetur exhibitio personarum: etiam si intercessio in locis degentis officij fuerit impartita. Caularum etiam patronos ita volumus esse conuentos, ne ignorante principe vllam postulationem introducant: nec sub vnius persona suscepti, fraude quadam aliena negotia inferenda esse perentent, quod si fuerit definitio cõtempna, decem libras auri fisco nostro ab officio tuo iubemus inferri. Dat. prid. Kalen. Mart. CP. Honorio NB. P. & Euodio Coll.

2. Imp. Arcad. & Honor. Augusti Theodoro P. V.

Omnia citatoria, omnium scilicet caularum atque personarum, licet sint senatoriz dignitatis, ad principes specialiter reuocari precipimus: actus vero ceteros qui à sacratissimo coetu senatus tractari consueuerunt, censualem sollicitudine celebrari: nec aliquod præiudicium ex surreptione rescripto supplicibus inferri. Dat. xii. Kal. Jun. C. P. Olybrio & Probino Coll.

3. Imp. Honorio A.

Proconsularis apicis dignitatis adiectione prioribus agentium in rebus precipimus decorari. Dat. vii. Kal. Oct. Rau. Varana C. V. Coll.

4. Imp. Theod. & Valen. Valerio Magistro offic.

EX agentibus in rebus principibus domesticos in suis actibus probatam licet eos quorum fidem in istramque probatam sibi existimant, essi sæpe vdem officio fuerint ante persudati. Et si quis agentis in rebus post xv. annorum curricula, ob ad-

uerfam corporis valetudinem, militie finem minime valuerit expectare, sed ad honorariam ex principe dignitatem testimonio scholaz profuerit, hincdem cum priuilegijs muniri censemus, quibus hi qui ad principatus auctum progressi sunt, potiantur. Sed in salutationibus iudicium concessibusque priores eos qui per longæ militie metas ad principatus auctum peruenierint, etsi actus tempore posteriores sint, esse precipimus: nihil censuibus vel apparitoribus aduersus priuilegia eorum excogitantibus, tanquam in actu principatus fuerint verfat: vj cenarum librarum auri condemnatione contra eos proposita. Dat. iiii. Kalend. Feb. CP. Theod. A. xv. & qui fuerit auctiatus.

5. Idem AA. Cyro P. P.

EOs qui ordine transcurfa militia, post ducentarum ad desideratum principis peruenierint gradum, aut adiutores viri illustrijs magistri officiorum extiterint: cum inter honoratos ceperint numerari, vicariæ dignitatis titulis decorari censemus.

6. Idem AA. Nomo mag. offic.

Principes agentium in rebus, quos sæpe sæua pericula, vitæque interdum renuntiatio ad memoratum gradum adduxit: completo tempore militie sue comituz primi ordinis cingulo in dlem vitæ potiri (manentibus videlicet dudum præstitis saluis priuilegijs) decernimus.

7. Imp. Leo A. Nicoterio P. P.

Quicumque ex corpore cohortalium militum in schola agentium in rebus filium procreauerit: at equam ad metas militie sue perueniat, principatus honore decoretur: licet ipse post finitam militiam, vt pote liber, nulla debeat huiusmodi conuentione pulsari: filium tamen cohortati conditioni relinquat obnoxium. Si vero postquam adeptus fuerit principatum, ediderit filium, qui natus est etiam si in schola deuotissimorum agentium in rebus militiam sortitus non fuerit, ita liber sit ad securus, vt nec vllis cohortalis officij nexibus obligetur, quasi iam ex patre libero & ab hac conditione penitus alieno progenitus.

8. Imp. Zeno A.

Mvltis deuotissimz scholaz agentium in rebus aditionibus permoti, viros clarissimos eiusdem scholaz principes, qui sintis militie stipendijs exunt: quotiens ex maioris iudicis sententijs ipsi, vel eorum coniuges, aut liberi, vel serui, aut coloni, siue per se, siue per procuratores conueniantur, non amplius quam vnum solidum executoribus sportularum nomine præbere compelli: apparitoribus vicarijs seu præfidalis iudicij non nisi tertia parte solidi tantum præstanda: nullasque illis concussionibus auget, vexationibus in præbendis fideiussoribus ingeri, sed eos fideiussores quos locorum defensor existimauerit, dare ita videlicet, vt pro tenore generalium edictorum hi qui vel in sacratissima vrbe, vel in prouincijs immobiles possident facultates, adiutoriz cautioni, & substantiæ suæ credantur. Hoc etiam adiciendo, vt nunquam nisi ex sententia in scriptis prolata penitus moueantur. Ad similitudinem insuper aliorum officiorum, quotiens ciuiles vel criminales contra eosdem conuentiones mouentur, executorem quidem negotij vique ad finem litis ciuilijs seu criminalis, vnius esse solidi præstatione contentum: & pro insinuandis nostre serenitatis apicibus, vel simpliciter contra obnoxios eorum postulatione deponenda, binos solidos ab his vel coniugibus eorum præberi: vel quotienscunque exemplaria postulantur, hi quorum interez, accepto solido, quod petitur præbere non differant. Pro implendis vero monumentis vnde conueniendi tribuitur executoribus facultas: non vltra quam tres solidos, quibus compedit, impertiri precipimus: arbitrio vero non amplius quam solidum: & fisci patronis dimidiam



Solidi partem notariis verbis tertiam usque ad finem (sicut dictum est) causae praestare: super editione quoque chartularum solidi partem distindiam praebere. Quod si non apud arbitrium, sed in competentibus iudiciis maioribus cognitio celebretur: inducendi quidem negotij gratia non nisi quatuor solidos eosdem viros clarissimos erogare: gestorum vero excipendorum causa duos tantummodo solidos dare. & nullius ultra supra: riptas quantitates cuilibet alteri praestandi sumptus exactione vexari: his omnibus locum habentibus siue ipsi aliis item ingerant, siue ab aliis pulsentur.

DE CVRIOSIS ET STATIONARIIS. TIT. XXI III.

1. Imp. Constantinus A. ad Lollianum P.P. Curiosi & stationarii, vel quicumque funguntur hoc munere, crimina iudicibus nuncianda meminerint, & sibi necessitatem probationis incumbere, nec citra periculum sui, si infontibus eos calumnias nexasse constiterit, cesset ergo prava consuetudo per quam carceri aliquos inmittebant. Dat. xi. kal. Aug. Med. Acc. xii. kal. Sept. Arbitrone & Lolliano Coll.

2. Idem A. & Iulianus Caesar ad Taurum P.P. Agentes in rebus, in curis agendis, & euectionibus publici cursus inspicientis, nostrorum memores praecipitum, credimus in omnibus velle profutura reipublicae: ideoque solos agentes in rebus in hoc genere iussimus obsequium adhibere: & non ab alio penitus officio. Hi vero perurgili diligentia prouidebunt, ne quis contra euectionis auctoritatem moueat cursum, vel amplius pertulet quam concessit euectio. Quisquis igitur aliquid tale perpetrare tentauerit, improbi coepti priuatur effectus. Demonstratur etiam iudicibus vel curiosis euectio, etiam si quis nobis iubentibus festinare memoret in obsequium necessarium, nec praeualeat contumacia vel dignitas. Ergo nummum iam vetatum expositi pro animalibus in cursu minimè constitutis. Quod si forte aliquis existimauerit perpetrandum: eius quadruplum quod accepit, inferre cogatur. Dat. xv. kalend. Maij, Mediolani, Constantino A. viii. & Iuliano Caesare ii. Coll.

3. Idem A. ad agentes in rebus. Per id tempus quo cursus tuendi sollicitudinem suscipietis, condemnationes praefectorum circa eos solos irritae sunt futurae, qui seruauerint honestatem: erga eos vero qui inhonestè, & contra decus seculi, vel honorem militiae verlabantur, non solum condemnatio mansura est, verum etiam grauior poena est statuenda. P.P. prid. kal. Decemb. Eusebio & Hypatio Coll.

4. Imp. Arcadius & Honorius AA. Marcello magis officio. Agentes in rebus singulos per singulas provincias mittendos esse censemus: quibus inspiciendarum euectionum tantum debeat cura mandari: ut nihil prorsus commune aut cum iudicibus, aut eum prouincialibus habeant: nec naues debebunt illicita concussione vexare: nec libellos aut attestaciones vel contestaciones litis gratia suscipere, aut in carcerem quemquam tradere, sed cursui solum vacare. Dat. kalend. Iun. CP. Olybrio & Probino Coll.

DE PALATINIS SACRARVM largitionum, & rerum priuatarum. TIT. XXI III.

1. Imp. Constantinus & Constant AA. ad Beronicianum Vic. Afric. Palatini pro captibus seu iugis suis tantum praestacionem atque obsequia recognoscant, extra-

ordinariis & fordidis muneribus & susceptionibus & temonariis oneribus liberari. Dat. Non. Maij, Constantin. Constantio iiii. & Constante iii. AA. Coll.

2. Imp. Valens & Gratian. Augusti Titiano Com. S.L.

Nullus thesaurensis, vel officialis comitis thesaurorum semel deprehensus euerfor, quocumque pacto aut repetat militiam suam, aut aliam sibi requirat per ambitum dignitatem, vel sese transferat ad aliam quam unquam militiam. Dat. viii. kalend. Febr. Antiochiæ, Gratiano A. iiii. & Merobaudæ Coll.

3. Imp. Gratian. Valens & Theod. AAA. Pancratio comiti R.P.

Prisco iam nunc ordine reuocato, de palatino potius officio ad regendum principatum officij comitis domorum per Cappadociam mittantur, quales comes etiam domorum, si inhonestum aliquid gesserit, vereatur. Idemque itaque singulis annis e numero mittendariorum ad hoc eligere debebis & mittere. Dat. prid. Non. Iul. Scopis, Aufonio & Olybrio Coll.

4. Idem AAA. Hesperio P.P.

Nihil omnino vllis iudicibus cum palatinis notrix clementia, quicumque a comitibus dirigatur, sit commune atque coniunctum: sed excepta reuerentia, quae non solum ab inferioribus, sed etiam a maioribus, & in prouincia de gentibus rectoribus prouinciarum debetur atque deseruit, suis quibusque necessitatibus obsequendat. Dat. viii. Id. Decembr. Sirmio, Aufonio & Olybrio Coll.

5. Idem AAA. Nebridio P.P.

Vidam postimpletum ordinem militiz palatinæ, quam gesserint, honorisque transfusum, ad exceptorum scriinia transferre nituntur. Hac igitur lege sancimus, ut nulli prorsus dehinc, ita autem relinquantur occasio, sed vniuersique eius scriinij, quem primum militando elegit, ordinem persequatur: nec in alterius loco fineri militiz requirat, qui iam proprij ordinis transerit principatum. Dat. v. Id. Octobr. CP. Merobaudæ ii. & Saturnino Coll.

6. Idem Augusti ad Probum P.P. Ab officiis palatinorum excellentia tua sciat ita penitus esse recedendum, ut neque ipsa postmodum licitum sibi credat isdem aliquid iniungere: & praeterea prouinciarum rectores prohibeat quicquam vltorius tale conari. Dat. vii. kalend. Nouembr. Mediol. post consulat. Merobaudi ii. & Saturnini.

7. Idem AAA. Trifolio Com. S.Lar.

Scriinis omnibus largitionum comitatus sum infra scriptas decernimus dignitates: ut his contenti, ambiendi sibi aditum interclusum esse cognoscant, etiam si speciale beneficium emendicatio suffragio quisquam voluerit impetrare. Annonas etiam iuxta definitum dignitatum modum volumus praestari: nec amplius quicquam praesumi.

8. Breuis, quas dignitates per singula scriinia officij sacrarum largitionum habere statuimus. Scriinij exceptorum perfectissimus ordinis secundij numero vnus, id est primicerius exceptorum vnus: ducentarij duo: id est tertiocerius, & quartocerius, centenarij vnus, id est primicerius instrumentorum: epistolares numero duo: formæ primæ numero triginta sex: formæ secundæ numero quatuor: formæ tertiæ numero tres. Scriinij numerorum perfectiss. ordinis tertij numero vnus: ducentarij numero vnus: centenarij numero vnus: epistolares numero duo: formæ primæ numero tres: formæ secundæ numero duo. Sacri scriinij tabellatorum perfectiss. ordinis tertij numero vnus: ducentarij numero vnus: centenarij numero vnus: epistolares numero vnus: formæ primæ numero tres: formæ secundæ numero quatuor. Scriinij canonum perfectiss.

ordinis tertij numero vnus: ducentarij numero vnus: centenarij numero vnus: epistolares numero duo: formæ primæ numero quatuor: formæ secundæ numero quatuor. Scriinij mittendariorum ducentarij numero vnus: centenarij numero vnus: epistolares numero octo: formæ primæ numero vii. formæ secundæ numero trigintatres. Scriinij aures perfectiss. ordinis tertij numero vnus, id est primicerius sacrae massae, numero vnus: item secundocerius numero vnus: ducentarij numero ij. id est tertiocerius, & quartocerius: centenarij numero vi. epistolares numero iij. Aurifices specierum perfectissimus numero vnus: ducentarij numero iij. centenarij numero sex: epistolares numero vii. formæ numero xvij. formæ secundæ numero iij. Aurifices solidorum ducentarij numero vnus: centenarij numero octo: epistolares numero sex: formæ primæ numero nouem: formæ secundæ numero xxx. Sculptores & ceteri aurifices centenarij numero vnus: epistolares numero v. formæ primæ numero sex: formæ secundæ numero xvij. Scriinij auri ad responsum perfectiss. ordinis primi numero vnus: perfectiss. ordinis secundij numero ij. ducentarij numero vnus: centenarij numero ij. epistolares numero ij. formæ primæ numero iij. formæ secundæ numero ij. formæ tertiæ numero vnus. Scriinij à militariibus perfectissimus ord. primi numero vnus: ducentarij numero vnus, formæ primæ numero vnus: formæ secundæ numero duo: formæ tertiæ numero iij. Scriinij vestis perfectiss. ordinis iij. numero ij. perfectissimus ord. ij. numero vnus: ducentarij numero j. centenarij numero j. epistolares numero ij. formæ primæ numero vij. formæ secundæ numero x. formæ iij. numero iij. Officialium sacrarum vestium ducentarij numero iij. centenarij numero iij. epistolares numero ij. formæ primæ numero xij. formæ secundæ numero x. formæ tertiæ numero vij. Deputati sacrae vestis perfectiss. ordinis numero ij. ducentarij numero ij. centenarij numero ij. epistolares numero ij. formæ primæ numero ij. Scriinij ab argento perfectiss. ordinis secundij numero j. epistol. numero j. formæ primæ numero sex: formæ secundæ numero ij. formæ tertiæ numero j. Scriinij à pecuniis perfectiss. ord. secundij numero j. formæ primæ numero j. formæ secundæ numero ij. formæ tertiæ numero v. Argentarij comitatensis ducentarij numero j. centenarij numero ij. epistolares numero ij. formæ primæ numero vij. formæ secundæ numero xxv. Barbaricarij centenarij numero ij. epistolares numero quinque, formæ primæ numero vij. formæ secundæ numero vnus. Dat. iiii. Id. Iun. Heracliz, Richomere & Clearcho Coll.

9. Imp. Theodosius & Arcadius. AAA. Nestorio Com. R.P.

Placuit iustè omnibus Mittendaris & Palatinis officiis profutura suggestio, quam insinuasti, ut ex isdem annis singulis ex ducentariis terni, ex centenariis habito prouisionis intuitu, cingulo liberentur. Dat. iiii. Id. Mart. C.P. Arcadio A. i. & Baustone V.C. Coll.

10. Imp. Theodosius & Arcadius. AAA. Nestorio Com. R.P.

Non aliter quilibet in officio sacrarum largitionum, vel priuatarum rerum cingulum militiz sibi sumendum existimet, nisi noxæ mansuetudinis adnotationem meruerit. Dat. prid. Id. Aug. An. Syrz, Stilichone ii. & Anthemio Coll.

11. Idem AAA. Nestorio Com. R.P.

Palatinos, qui sacrarum remunerationum rationem tractantes inculpantur, ad calcem terminumque militiz peruenientes, necnon etiam aduocatos & primicerios diuersorum officiorum praecipimus habere privilegia, quae super agentium in rebus scholasticis sunt mansuetudine constituta: scilicet ut à tyronum praebitione memorati reddantur exortes, ceteraque onera non agnoscant. Dat. vii. Id. Iun. Rau. post. cons. Honorij viii. & Theodosij V.A.A.

12. Idem AAA. Nestorio Com. R.P.

Ad similitudinem sanctionis, quam de proxima sacrorum promulgauimus scriiniorum, etiam in officio sacrarum largitionum atque priuatarum

rerum pro biennio annuum sub perpetua obseruatione praecipimus custodiri: ita ut & privilegia, quae huiusmodi officiis vel primicerijs sacris legibus deseruntur, integra illibataque seruentur. Dat. iiii. kalend. Iul. CP. Theodosio A. vii. & Valadio, Coll.

13. Imp. Theodosius A.

Viros deuotos palatinos non oportet in hac re litigare compelli, nisi de edificatione domorum & seruitutibus & annonis ortis videatur causa: in alijs vero causis tam pecuniarijs quam criminalibus apud viros illustres tantummodo comites suos respondere. rectoribus autem prouinciarum intra administrationis suae fines inter praesentes palatinos nec causis publicis occupatos cognoscere tam pro ciuili quam pro criminali causa permittimus: sic tamen ut non aliter criminalis sententia aduersus eos proferatur, nisi ex suggestione prouincialis iudicij vir illustris comes, sub quo militat, certioratus hoc ei permisit.

14. Idem AA. Eudoxio C.S.L.

Inter alias praerogatiuas, quas antea metuerant scholae societatis sacrarum largitionum, primicerius, & tres primicerij scriiniorum tribuni praetoriani, militari dignitate fruuntur: nulla eis ex cuiuslibet iudicij praerogatione in iungenda publica vel priuata necessitate.

15. Idem Augusti Florentio P.P.

Urbem viros deuotos palatinos rei nostri numinis priuatae, eisdem privilegijs decorari, quibus etiam palatini qui in sacris largitionibus deseruntur. Cum enim par similitudine militia sit, iustum & competens videtur isdem virumque officium privilegij gloriari. Primicerios itaque officij, tresque primates scriiniorum rerum priuatarum finito tempore militiz, inter tribunos militares praetorianos, saluis isdem praestitis privilegijs sacris constitutionibus, nostram clementiam adorare decernimus: ita tamen, ut nullam iniunctionem nullam sollicitudinem priuati vel publici negotij quolibet iudicario praerogato sustinere possint, sed excepta omni necessitate omniue fatigatione, indeptæ dignitatis honore potiantur.

DE STRATORIBVS. TIT. XXV.

1. Imp. Valens, Valens AA. ad Zosimum praedem nouæ Epiri.

Per omnes prouincias edictum generale misimus, ut stratoribus vnus tantum solidus probæ nomine posceretur, & in offerendis equis certam formam, statutam & ratam prouinciales nostri custodiendam esse cognoscant: quos etiam si se certo modo solidorum obnoxios fecimus, si quod stratores petere interdicitum est, illi dare stratoribus non timent. officium quoque grauitatis tuæ centum argenti libris multabitur, si sciens praedictam rem gestam fuisse, non illico eam fecerit iudicarij prodiderit. Dat. xiii. kal. Iul. Apollonij, Valentianio & Valente AA. Coll.

DE CASTRENSIANIS, ET ministerianis. TIT. XXVI.

1. Imp. Honor. & Theod. August. Naris. v. spectab. comiti & castrensi S.P.

In officio spectabilitatis tuæ secundum formam diuinalium responsorum post completum tempus praerogatum, id est biennium, prioribus decedentibus insequentes ad locum pro merito laborum stipendiis succedant, nec vlla licentia tri-

puatur his qui impletum deposuerint officium, nullo ad eandem militiam vel sollicitudinem remeandi. Dat. vi. Id. Feb. CP. Theodosio A. vii. & qui fuerit nuntiatus.

2. Idem AAA. Scholastico V. C. comiti & castrensi S. P.

SI quis primus, vel secundus, vel tertius formae specialiter inter statutos gradum exilitus valuerit impetrare: supernumerarius vltimus formae tertius in matriculis habeatur. Dat. prid. Id. Ian. C. P. Honorio xiii. & Theodosio x. AA. Col.

3. Imp. Leo & Anthemius AA. Ioan. comiti & magistro officiorum.

HI qui in schola vltis sacrae militariae, vel matres eorum vel uxores, criminales vel civilem licentiam contra se commouendam in nullo filio nisi in sublimitatis tuae suscipiant examine.

4. Imp. Leo & Zeno Mariano com. & magistro officiorum.

ANte omnia nullius penitus alterius iudicis minoris vel maioris sacri ministerio nostro deputatus (quorum officia sigillatim breuis subter annexus continet) nisi a tuae duntaxat magnitudinis sententia conueniri, vt in nullo penitus alterius iudicis foro pulsantur, nisi in tua tantummodo amplitudinis examine praebent aliquando responsum. Sed ne in hoc ipso iudicio enormibus molestantur dispensis, vel ex vudis conueniantur facile iudicis cuiuscumque mandatis: ipsis quoque sportulis & fideiussoribus modum constituimus obseruandum: ante omnia decernentes, ne quando sine scriptura vel interpellatione deposita, ac sententia prorogata tuae magnitudinis, eademque non edita, conueniri possint: conuentus vero non alium fideiussorem nisi actuarium, vel vnum ex primatibus tuae scholae executoribus pro responsione tuae, personae sine scripto praestare: siue per seipsum, siue per procuratorem datum in iudicio responsuri sunt: siue in causis ciuilibus appetantur, siue in criminalibus accusentur: nec vltra conuentionis nomine sportularum, quam vnum aureum executoribus vsque ad terminum negotij eos qui accepturi sunt, praecipimus semper esse contentos: in cognitionalibus vero gestis edendis, duos tantummodo praestari solidos. 1. Hec autem privilegia non in eorum tantummodo, sed in matrum quoque & vxorum personis valere, & ad integrum permanere: filiis quoque & maritis eiusdem fideiussionis nomine, si necessitas interpellationis exegerit, tradi: nec alios vades exigi: ipsosque dum militant, & post emensam militiam, cum his qui ex tempore prioris praestitae sibi pragmatice sanctionis eiusdem militariae stipendia implese noscuntur, omnibus privilegijs perfrui (cunctis nihilominus capitulis, sacris vltimis diuine recordationis Martiani, quos se inuuisse adferunt, vulturis: excepto hoc quod in diuersis iudicijs tunc respondere praecipit) hae sanctione decernimus. 2. Aduocato quoque fisci, exceptoribus etiam qui apud arbitros hoc viuunt officio, ab exordio incipiendo vsque ad terminum finemque negotij tertiam duntaxat solidi partem praebituros. In huiusmodi autem arbitrorum gestis edendis non vltra praestare, quam dimidiam solidi partem: & cum per prouincias constitutus, fideiussoribus conuentus caruerit, adiutorij tantummodo cautioni committitur: nec villo tempore nisi ex tua duntaxat magnitudinis sententia conueniri: exceptis tributariis & munerum iurisdictionibus, & criminibus quae in locis inquis, flagitari, & vindicari generalia legum praecpta constituunt, praecenti sanctione decernimus: viro clarissimo adiu-

core sublimitatis tuae in speculis constituto, ne quid ex his quae statuimus, aliqua subreptione violetur.

DE DECANIS.

TIT. XXVII.

1. Imp. Honor. & Theod. AA. Helioni Com. & mag. offic.

QUatuor qui ex corpore decanorum ad primum militariae gradum peruenierint, biennij spatio prioriteriatur gerant officium: neque vltimus cuiquam liceat in hoc immorari: vt omni gratia & ambitione cessante, post duorum annorum curricula succedant prioribus sublequentes. Dat. prid. Non. Nouemb. C. P. Theodosio v. xii. & Palladio V. C. Conf.

2. Imp. Theod. & Valent. Augusti Nomo mag. offic.

NOTae pietatis famulationibus adhaerentes decanos non oportet pro desiderio pulsantium ad alia pertrahi iudicia: sed viri illustres tantum magistris officiorum obseruare examen. Hoc namque modo neque mansuetudinis nostrae obsequia decipiuntur: & agentibus aduersus eos iure adhibetur responsum. ad exemplum itaque deuotissimorum scholarum nulli licere memoratos ad aliud iudicium trahere, & pulsatos priorum fidei scholae permitti praecipimus.

DE MENSORIBVS.

TIT. XXVIII.

1. Imp. Honor. & Theod. AA. Amilianom mag. offic.

PRimicerius mensorum biennio expleto agentis in rebus militis militiam fortitatur. Datum x. Calend. August. Ancyrae, Scilichone & Anthemio Conf.

DE PRIVILEGIIS EORVM QUI

in factis palatio militant,

TIT. XXIX.

1. Imp. Constantinus A. Palatinis bene meritis.

Palatinis tam his qui obsequijs nostris inculpata officia praebuerunt, quam illis qui in scrijnis nostris, id est memorijs, epistolarum, libellorumque versati sunt: procul vniuersas calumnias siue nominationes iubemus esse submotas: idque beneficium ad filios eorum atque nepotes ipso ordine sanguinis peruenire, atque immunes eos a cunctis muneribus sordidis & personalibus permanere, cum vniuersis mobilibus & mancipijs vrbane: nec iniurias eis ab aliquibus inferri: ita vt qui hoc contempserit, indifcreta dignitate poenas debitas exoluat. Datum xiii. Calend. Nouembr. Treueris, Volusiano & Anniano Conf.

2. Idem A. ad Rufinum P. P.

DE cubiculis nostris vacatione donatos, vel diuersis obsequijs palatinis, memoriales etiam qui in scrijnis memorijs, epistolarum, libellorum, sacrarumque dispositionum referuntur: nec non & si qui in viroque officio palatinorum comitatus, singularumque vrbium, & officio admissiois, & castrensis sacri palatij militant: privilegia volumus habere, vt nec ipsi, nec filij, nec nepotes eorum ad honores vel munera municipalia deuocentur: quibus omnibus condonamus ne exactorum vel turmariorum (quos capitularios vocant) curam subeant: vel obsequium temoniariorum, vel peraprotis, aut etiam tyronis praesentationem agnoscant. Nam beneficij nostris ita digni sunt, vt etiam censuibus vel personalibus vel corporali-

poralibus muneribus liberentur, & habeant castrense peculium, siue adhuc palatium obseruent, siue opata quiete conati sunt. Quibus omnibus privilegijs coniungimus agentes in rebus, licet militaribus videantur esse subacti. Dat. v. Calend. Maij, Sirmio, Constantino A. v. & Licinio C. C. Conf.

3. Imp. Gratianus, Valens, & Theod. AAA. Eutropio PP.

EX aula nostra discendentes viri, ab omnibus iniurijs habeantur impunes, numerariorumque sacris, vel rapaces quaeque, tanquam experientes & idonei non patiantur. Dat. xiii. Non. Feb. C. P. Eucherio & Syagrio vv. cc. Conf.

4. Idem Valens, Theod. & Arcad. Augusti, Piuiano P. V.

OMnes qui in palatio militando, diuersis actibus paruerint, volumus in tantum eius dignitatis cuius meruerint missionem obtinere insignia, vt his omnibus praesertim in ordine atque cōfessio, qui posteriori tempore regendas prouincias, dignitateque susceperint palatinas. Si quis autem temeraria usurpatione statuta violare tentauerit, sacrilegij poenam sustineat. Datum, Prid. Non. Iul. Med. Acc. xiiii. Cal. Sept. Honorio NB. P. & Eudodio Conf.

DE PRIVILEGIIS SCHOLARUM.

TIT. XXX.

1. Imp. Theod. Arcad. & Valens. AAA. Plectio Com. & mag. offic.

VIris spectabilibus comitibus scholarum, verberandi degradandive senatores ac ducentarios, licentiam denegamus. ea namque quae tali commotione digna sunt, ad tuae sublimitatis volumus referri notitiam. Insuper etiam domesticos eorum, non senatores, vel ducentarios centenariosque fieri decernimus: poena v. librarum auri plectendo, quisquis hanc diuinam iurisdictionem exerceat: scrijnio vero barbarorum, si tale qui vel attentari passum fuerit, vel attentatum contra legem non suggesserit decem librarum auri condempnationem plectendo. Illud etiam obseruari non sine ratione conueniens: is cui domestici officium per militariae gradum, vel quinquennij tempus interdicti censuimus, familiaritate comitis simulata, rem prohibitam alio nomine valeat usurpare. Dat. xvi. Calend. April. CP. Caro Conf.

2. Imp. Leo & Zeno. Augusti, Eusebio magistro officiorum.

HAec lege decernimus, vt qui in singulis scholis militat, quique post emensa stipendiorum curricula ad primiceriorum gradum perueniunt, & adiorata nostrae diuinitatis purpura, virorum clarissimorum comitum meruerint dignitatem: tam singulorum quam privilegij omnibus sibi met competentibus perfruantur: ac deinceps vsque ad finem vitae foro tuae celsitudinis tantummodo subiacent: nec ex alterius cuiuslibet sententia ciuile subire litigium cōpellantur. In criminalibus sane controuersis, & in publicis tribus ita etiam aduersus tales viros prouincias moderantium congruam iurisdictionem volumus obseruari, ne sub praetextu concessi privilegij, vel flagitiorum crescat auctoritas, vel publica vacillet vtilitas.

3. Imp. Zeno A. magistro officiorum.

QUotiens super causa ciuili vel etiam criminali ex sententia videlicet iudicij tui culminei scholae vel eorum coniuges (siue adhuc viuente earum mariti, siue post mortem eorum) a diuinate

constitutae sunt) matres, eorum in vdiutate permanentes, aut liberi qui non specialiter alterius iudicij iurisdictioni subiectam conditionem sortiti sunt, & serui ad eos pertinentes conueniuntur: minime eos easve extranei fideiussoris exactione vexari: sed pro consuetudine vetustissima & iugiter obseruata, numerarium suae scholae fideiussorem praebere iubemur: hoc videlicet obseruando, vt in criminalibus causis quinque alios primates ex triginta viris a primicerio vsque ad triginta retro numeratis, vna cum numerario volente scilicet & non recusante praebent fideiussores: aut recusantibus quinque (sicut dictum est) viros extraneos, in criminibus tantummodo publicis fideiussor vna cum numerario praebentur: ita vt exactoribus non amplius ab his quam vnus solidus, siue per se, siue per procurator respondere maluerint, praebentur.

In subeundis autem cognitionalibus certaminibus, quoriam causa fuerit arbitro delegata: pro contestatione litis vnum solidum, & pro definitione ab arbitro recitanda alterum vnum, & nihil amplius dari decernimus. 2. Quod si quilla in iudicio tui culminei ab ipsa contestatione litis, vel relatione iudicis, aut appellatione interposita ventilatur: pro incenda cognitione non amplius quam tres solidos, & chartarum, vel recitandorum in cognitionibus infra mentorum, nomine editionis, quinquaginta gestorum, duos tantummodo solidos dabunt. 3. Quotiens sane apud viros clarissimos prouinciarum moderatores, ex delegatione scilicet sententiae tuae magnitudinis contra viros fortissimos scholares, vel eorum coniuges, vel liberos, vel seruos cognitio celebratur: non amplius quam dimidiam partem consuetae sumptuum praebere decernimus: hoc etiam adiciendo, vt qui acceptis commeatibus ad prouincias profecti fuerint, vsque ad quinque mensium spatium, intra quod ipsis erit remeandi licentia, nullam penitus actionem super ciuili videlicet negotio (exceptis criminibus & tributariis sanctionibus) suscitent. Ne tamen ibi quoque, post quicumque scilicet commearius mensum, ex sententia iudicij tuae magnitudinis conueni, in exigendis fideiussoribus aliquid sententiae detrimentum: adiutorij eos cautioni iubemus committi. 4. Quotiens autem ex verbis, & sine vlla scriptis prolata sententia, iudicij fortissimae scholares, vel eorum matres, seu coniuges (vt dictum est) aut liberi aut serui moriantur, nihil pro ipsa executione sportularum nomine penitus eos, vel eorum matres seu coniuges, aut liberos (secundum praesentiam distinctionem) vel seruos praebere decernimus: Sed si talis sit negotij vtilitas, vt etiam sine scriptis consentientibus videlicet partibus super eo possit cogitari: exspectato sine scriptis (sicut dictum est) habenda cognitiois euentus, si deteriorum calculum reportauerint, sportularum nomine vnum tantummodo solidum executori praestabunt. Si vero causa qualibet habendam in scriptis cognitioem flagitauerit: in hoc necesse est casu, interlocutione in scriptis praesentanda, ea quae superius de quantitate sportularum decidendarum: que cognitionum disposita sunt, obseruari.

DE CASTRENSI OMNIUM PALATINORVM PECULIO.

TIT. XXXI.

1. Imp. Constantinus A. ad Seuerum P. V.

OMnes palatinos quos, edicti nostri iam dudum certa privilegia superfundunt, eum si quam, dum in palatio nostro migrantur, vel passimonia propria quaesierint, vel dominis nostris fuerint, coluunt: ea strenge peculium habere praecipimus. Quid enim est ex castrensibus, quam quod nobis concessis ac prope sub cōspectibus nostris acquiritur. Sed nec aliter hinc a puluere & labore castrorum, qui signa nostra committuntur, qui praesidio sunt semper adhibere: quos inter eos

& eruditos studis, iuuenum prolixitas, & expeditio- num difficultas exerceat. Ideoque Palatii nostri, qui privilegii edicti vti poterunt, pecunia sua praecipua retineant, quae dum in palatio nostro constituta sunt, aut labore (vt dicitur) proprio aut donatione nostra quaesierint, PP. x. Calend. Iun. Constantino A. vi. & Constantio Caesare Consi.

DE EQVESTRI DIGNITATE,

Tit. XXXII.

1. Imp. Valentinianus A. ad Mamertium P. P.

Equites Romanos secundum gradum post clarissimum dignitatem obtinere iubemus. Dat. Frid. Calend. Nouemb. Philippopoli, Divo Iouiano & Varroniano Consi.

DE PERFECTISSIMATVS dignitate,

TIT. XXXIII.

1. Imp. Iulianus A. ad Paternum Valerianum

Odiosis perfectissimatus fruentur, qui impetraverunt, si abhorreant a conditione seruili, vel sisco aut curis obnoxii non sint, vel si piores non fuerint, vel non in aliquo negotio confiterint, nec sibi honorem venali suffragio emerim, nec rem aliquis administraverint.

QUI MILITARE POSSUNT, VEL non possunt, & de seruis ad militiam vel dignitatem aspirantibus: & vt nemo duplici milita, vel dignitate & militia simul utatur,

Tit. XXXIII.

1. Imp. Severus & Antoninus Augusti Antonio.

Militiae nomen dare vultis: offerre vos his, qui probandi ius habent. Non autem ignoratis, eos, qui litis causa militiam appetierint, postulantibus aduersariis solui sacramento solere.

2. Imp. Dioclet. & Maximianus Augusti.

Non tantum deo rionum filiis, sed omnibus in fraudem ciuilium munerum nomina armatae militiae dantibus, fraudem prodesse displicuit.

3. Imp. Arcad. & Honor. Augusti, Mag. viriulque militiz.

Vra peritigli obseruare debet sublimitas tua, nro coloni vel saluantes aut vtro se offerentes ad militiam suscipiantur armatae, aut cogantur inuiti.

4. Imp. Leo A. Disocoro.

Maes omnino curialis vel cohortalis conditionis constituti, nullam armatae militiam in poterant arripant.

5. Imp. Iulianus A. mag. offic.

His quidem quibus indultum a senus demonstra- tur, quo binis aut ternis, pluribusve, mereantur singulis non conuictis ex praesca consuetudine, sed abscatis, atque discrepantibus, detur electio quem retinendum sibi potius censent, quem deserendum cognoscant, vt in eo quod optauerint firmiter maneat: eo quod despexerint, sine dubitatione repellantur. In posterum vero nemini prorsus facultas pateat eodem tempore plus quam vnius ordinis nomen as- scdere: interdicens in commune cunctis (vt dictum est) binis pluribusve militiis, nec dignitatem conium gere cuilibet alij cingulo concedendis, vt & qui supplicandum de re terna nobis existimauerint, poena seruum librum auri pro temeritate qua minus stru-

Quosa plestantur: & qui susceperint in sionem Augusti per surreptionem elicitam (quod nonnuquam cont. ngi) decem librum auri multa seruantur: nisi etiam, nec non officii quorum hoc interst, si non reuiterint, & hanc pragmaticam legem abiecerint, decem librum auri dispendio puniendis. Si quid autem contra hoc pepererit: sciant omnes, quod extra concessum admissum est, aut adum fuerit, vel notis conscriptum publicis, simile habeatur, ac si nec imperatrum nec pronunciatum omnino, nec inferri esset viliis matriculis: scituris etiam omnibus qui merentes in ordinibus armatis siue ciuilibus administrandas prouincias, seu gerendos quoslibet numeros, vel iam sunt seu decetero fuerint iussione nostra sortiti: & vt seruetur eis gradus, Augusta promeritiu sanctione, parum indulgentiam sibi licentiam postquam deposuerint solitudinem, & aut priori cingulo protinus persistendi, nullo vindicando titulo dignitatis, quam solitudo media praestiterit: aut recipendi splendorem, quem acquisierint administrationis obtentu, verum priore cingulo desistendi. Moneat tamen innata nobis clementia, liberum esse cunctis perspezimus, si militia qua decedendum est, inter eas habeatur, quas volentibus liceat distrahete: & in alios eam conferendi, & praetia consequendi, prout in iisdem agminibus consueuerit hactenus: excipiendis videlicet, nec deducendis in hanc perpetuo seruandam legem pragmaticam, his qui binas militias simul compositas, & sociali nexat consortio fuerint adsecuti: vt in viris deuotissimis scholaribus atque caedatis fieri moris est: nec non in viris deuotis laterculenibus & pragmaticariis, vel a secretis contingit: quos memorialium, aut etiam agentium in rebus adorat cingulum: & si quis finili stipendiorum iunguntur copula.

6. Iulianus A. Mennz praefecto praetorio.

Super seruis qui postea ad quandam militiam adspirare tentauerint, vel scientibus, vel ignorantibus dominis, praecipimus, si quidem ignorantibus his eam meruerint, licere dominis adire competentem iudicem, & suam ignorantiam (eo quod contrarium minime probatur) ostendere, eaque modo spoliatos eos militia in suam dominium trahere. Si vero scientibus his serui militauerint: cadere quidem eos non tantum dominio eorum, sed etiam omni patronatus iure: illos vero ingenos esse, si quidem vti les ad militiam eis datam visi fuerint, in ea durare: si vero minime idonei sint, ea priuari. Super illis autem seruis qui iam militauerunt, & adhuc in eadem militia perseverant, licentiam damus dominis intra triginta dierum spatium ab eo tempore connumerandorum, quo praesens sanctio diuulgata fuerit vel nostram adire clementiam, vel competentes iudices, & suam ignorantiam commendare, eosque in suam dominium recipere, quo tempore transacto, simili modo tam dominio quam omni patronatus iure cadere eos necesse est.

7. Idem A. Ioanni P. P.

Si quis seruum suum dignitatem habere, quem admodum militiam fuerit passus: spoliatur & dominio serui, & iure quod pertinet ad patronos. Cui enim serendum est, homines a nostra manu donationes accipientes, adhuc inter seruos haberi, & forte cum suis dominis nostram purpuram adorantes? In his itaque casibus, in quibus non milita, sed dignitas, volentibus dominis, seruis acquiritur, eadem iura seruentur, quae antea posita sunt: ne videatur nostra sanctio aliquid habere imperfectum. Sciant autem domini ad exemplum praeteritae nostrae constitutionis quae de huiusmodi seruis loquitur, quod nisi hoc intra triginta dies ex quo eis hoc fuerit notum, manifestauerint, & competentem iudicem adierint, & spoliare eos dignitatibus caruerint, dominium eorum & ius patronatus amittant: nobis deliberantibus postquam

pe, qui domino serui fuerint liberati, & inter ingenuos connumerati, si oporteat eos habere dignitatem vel ea quasi indiguo spoliari.

8. Constitutio desideratur. Eius sententia ex lib. 57. Basilicis haec est de offi. Cuiacio referente.

Hae Constitutio Graeca confirmat primam constitutionem huius sit. qua cauetur ne quis eodem tempore duas militias habeat, adiciens, ne quis aliam militiam habeat, & praeterea tribunus notariis adnumeretur, & exigit vt apud acta quisque deponat verum malit dignitatem, an militiam. Et in eam rem statuit tempus trium mensium, intra quos ex quo praesens constitutio promulgata fuerit, adeat quisque in vrbe Comitum priuatarum, in prouincis praesides, & sui voluntatem exponat. Quo tempore elapso, praecipit Constitutio, vt si plures habeat militias, vnam tantum retineat: si militiam & epistolae tribunorum notariorum tribunus tantum maneat: si militiam & Comitum dignitatem, militiam amittat: si militiam Comitum primi ordinis retineat, nulla pragmatica forma ex contrario locum obtinente. Quod si quis militiam habens fiat praefes prouinciae, & vt sibi gradus seruetur a principe promeritus sit, iubet Constitutio tunc gradum ei militiae seruari, nec vt eum dignitate ex prouinciae administratione conquisita. Quod si quidam virumque retinere audeant: & forte duplici militia utantur, veramque amittant. Desinit & in eisdem poenam viginti librum etiam si sacram formam huic Constitutioni contrariam obtinuerint, atque etiam in praesides qui eam susceperint.

NEGOTIATORES NE MILITENT, TIT. XXXV.

1. Imp. Iulianus A. Mennz P. P.

Os qui vel in hac alma vrbe, vel in prouinciis euidam ergasterio praesunt, militare de cetero prohibemus, exceptis argenti distractoribus qui in hac alma vrbe negotiantur. Hos enim, vt pote viles omnibus contractibus, armata quidem militia penitus abstinerent facimus: aliam vero quamcumque sine metu praesentis sanctionis posse sibi acquirere. Si qui vero negotiatores, quos omni militia prohibuimus, iam militauerint: eis licentiam damus negotiationem quidem relinquere, militiam vero retinere: scientibus, quod si postea negotiantes appareant, militia priuabuntur. Quod & in argenti distractoribus huius almae vrbis si armatae militiam iam sortiti sunt, tenere volumus: vt relicta negotiatione liceat eis in eadem militia durare. Negotiantes etenim post hanc sanctionem, huiusmodi militia priuabuntur: illis qui ad armorum exercitationem suam professionem conuulerint, minime prohibendis ad competentem suae professionis venire militiam, & huiusmodi negotiationem nihilo minus retinere.

DE RE MILITARI

TIT. XXXVI.

1. Imp. Antoninus A. Annz militi.

Stipendia & donatiua temporis, quo apud hostes fuisse te dicis, restitui tibi postliminio regresso, restituroque, non ture desideras.

2. Idem A. militi cohortis primae.

Viginti stipendia si implectis, sordida muuera militi vobis non indicentur.

3. Idem A. Iuliano.

Militis ignominia missi cum infamia notentur: nullis honoribus qui in egrae dignitatis hominibus deferri solent, vt possunt, habeant autem morales, vt velint, potestatem, praeterquam in eis locis, in quibus specialiter arguentur.

4. Imp. Alexander A. Defunctorum in deseruione bona confiscari diuus Marcus & Antoninus pater meus constituit.

5. Imp. Gord. A. Valentino & aliis militibus. Vm allegatis septem annos in deseruione egisse maritum sororis vestrae, & indulgentia nostra esse restitutum: non tamen desideratis, vt id tempus, ac si in castris fuerit, habeatur. Proinde excepto eo tempore, quod ad desertores pertinet, restitutus et indulgentia nostra, residuo militare debet: ideoque nec stipendia temporis quo in deseruione fuerit, exigere poterit.

6. Idem A.

Smel causaria missis militibus, inauratio non solet concedi obtentu recuperatae valetudinis melioris: quando non temere dimittantur: nisi quos ceteri medicis denuntiantibus, & iudice competente diligenter examine, vitium contraxisse.

7. Idem A.

Rustra veteris ne nota, que propter delictum militare intercessit, existimationem tuam iam veterani lassisse videatur: maxime cum nec ex eo delicto, quod in paganorum potest cadere personam, notatos milites, post missionem placuerit esse famulos.

8. Imp. Philippus A.

Causaria missus, nulla existimationis macula adspersitur.

9. Imp. Constantinus A. & Caesar.

Si quis barbaris scelerata factione facultatem depredationis in Romanos dederit, vel si quis alio modo factam diuulserit, viuis comburatur. Datum 11. Calend. Maij, Senero & Rufino Consi.

10. Idem A. Titiano P. P.

Quicumque militum ex nostra auctoritate familiaritas suas ad se venire meruerint, non amplius quam coniuges, liberos seruos etiam de peculio castrensium emptos, neque adscriptos censibus, ad eisdem excellentia tua dirigi faciat. Datum 11. Calend. Iun. Limenio & Catullino Consi.

11. Imp. Gratianus, Valens, & Theodosius.

Tribuni vel milites nullam euagandi per possessiones habeant facultatem: sed cum signis propriis in mansionibus solitis ac publicis maneant. At quis tam necessaria scita contempserit: de eo, ac tribuno eius ad nostram scientiam rectorum ac defensorum relationibus protinus referatur: quatenus seuerissime in eos animaduertatur. Dat. 11. Id. Apr. Richomere & Clearcho Consi.

12. Idem AAA. Richomere comiti & Magistro vtriusque militie.

Cum supra virentes fluminum ripas omnis legionum multitudo consistit: ideo prouida auctoritate decernimus, vt nullus omnino immundo sive sordidatis fluentis commune posculum polluat, neque ablucendo equorum sudores deproperans publicos oculos nudatus incesset, sed procul a cunctorum obtutibus in inferioribus partibus fluuioiurq hoc ipsum faciat.

13. Imp. Arcad. & Honor. AA. Romuliano P. V.

Nemo miles ex his, qui praesentes diuino obsequio nostrae clementiae deputati sunt, & qui in hac alma vrbe praesente comitatu concessi sunt, quae de aliis numeris vel legionibus sunt: vel sibi vacet, vel aliena obsequia sine nutu principali peragere audeat. qui autem in huiusmodi facinore fuerint conuicti: militia ex utriusque consentanea luere compellantur. hi vero qui in priuato obsequio militem retinere fuerint reperi, quinque libris auri militae nomine seruiantur. 14. Si vero quisquam missus

Sus à numero, vel à tribuno ad comitatum serenitatis nostrae pervenerit: (aliter enim eos hoc facere vetamus) illico se viris illustribus comitibus, sub quorum regimine constituti sunt, offerre festinet: & causis protectionis exponat, ut & responsum caeleste mereatur, & citam remeandi accipiat facultatem.

2. Si quos autem milites per provincias relictis propriis numeris passim vagari praesides earum cognoverint, correctos faciant custodiri, donec de his clementiae nostrae auribus intimetur, & quid tibi fieri oporteat, decernamus. Dat. Caes. Febr. CP. Honorio A. IIII. & Eutychiano Consi.

14. Idem AA. Stilichoni magistro militum.

Contra publicam vilitatem nolumus à numeris ad alios numeros milites nostros transferri. Sciant igitur comites vel duces quibus regenze militiae cura commissa est, non solum à comitatensibus se palatinis numeris ad alios numeros milites transferri non licere: sed ne ipsi quidem, seu de comitatensibus legionibus, seu de castris ripariensibus, caesariensis, ceterisque, cuiquam eorum transferendi militem copiam attributam: nisi hoc Augusta maiestas publicae vilitatis gratia fieri iusserit: quia honoris augmentum non ambitione, sed labore ad vnumquemque convenit denegare. quod si quis contra fecerit, per singulos milites singulas auri libras à se noverit exigendas. Datum XIII. Calend. Apr. Med. Stilichone & Aureliano Consi.

15. Imp. Leo A. Aspari magistro militum.

Milites, qui à republica armantur & aluntur, solis debent vilitatibus publicis occupari: nec agrorum cultui, & custodiae animalium, vel mercioniorum quaerui, sed propriae munis insudare militiae, nullum praeterea ex militibus post hac praedictis obsequiis vacare magnitudo tua patiarur: sed frequentes in numero suo esse iubet: ut armorum quotidiano exercitio ad bella se praeparent. Quod si quis ex militibus iudicibus vltos militum tam divinis quam regis, vel priuatis domibus se possessiombus, diuersisque aliis obsequiis contra interdium serenitatis nostrae ereditur deputandus: sciat se ab eo qui contra vetitum fecerit, & ab eo qui ausus accipere militem fuerit, per singulos milites singulas libras auri protinus exigendas. Datum Prid. Nou. Iul. CP. Leone A. Consi.

16. Idem A. Dioscuro.

Militares viros, civiles curas arripere prohibemus: aut si aliquam huiusmodi sollicitudinem forte susceperint, & militia statim & privilegii omnibus denudari decernimus, formidantibus his motum nostrae serenitatis, qui temeritate saluberrimis statutis obuiam ire tentauerint.

17. Imp. Zeno A. magist. milit.

Neminem in vilo numero equitum vel peditum, vel in quolibet limite, sine nostri numinis sacra probatoria in posterum sociari concedimus, consuetudine quae hactenus tenuit, antiquata, quae magisteriae potestati vel ducibus probatorias militum facere, vel militibus adtingere licentiam tribuebat: ut hi tantum in numeris vel limitibus militent, qui à nostra diuinitate probatoriae consecrati, viros autem eminentissimos pro tempore magistros militum, necnon & viros spectabiles duces, si suppleri numero pro his qui fatalibus fortibus deciderint, necessarium esse putauerint, veritate à seuffa, per suggestionem suam nostrae mansuetudini declarare, qui & quanti, & in quo numero vel

limite debeant surrogari: ut ita demum, prout nostra sederit maiestati, diuina subnotatione subnixi militiam foriantur, officio quod tuz sublimitatis actibus obsecundat, centum librarum auri dispendio feriendo, si ex aliqua parte, quae statuit nostra serenitas, fuerint violata.

18. Imp. Anastasius A. Ioan. Magist. mili. praesentalium

Tam collatores & prouinciales, quam fortissimos milites prout oportet, gubernari, minimèque lesionem aliquam seu dispendium perpeti, proferantes, esse necessarium propeximis, dicatissimos milites, qui de diuersis praesentalibus numeris per Orientis partes noscuntur consistere, virorum spectabilium ducum insonibus obedire: ut quicquid emerit quod pro communi securitate curandum est: hoc protinus, utpote militari praesidio in proximis locis constituto, competens possit mereri remedium: ita videlicet, ut etiam agentibus causis criminaliter quam ciuilitate, praesatis milites iam non apud magnificam magisteriam per Orientem potestatem, vel ex sententis seu praecipionibus eius, sed per interlocautiones seu dispositiones tunc excellètius sedis, sub cuius iurisdictione consistunt, quàm eorum ducum respondeant. 1. Et scilicet obseruando, ut ad responsum, quem de officio tuz sublimitatis huc vsque ad praesentem magisteriam per Orientem potestatem moris erat destinari, viris spectabilibus ducibus in huiusmodi mittatur, tam per se, quam per adiutores suos: eosdem iudices obseruare, & iurisdictiones eorum implere curaturus: licentia ei non deneganda & ad responsum qui de officio alterius viri excellèti magistri militum praesentalium pro hac nostra dispositione destinatur, in locis in quibus apparitionis tuz sublimitatis ad responsum non contigerit reperiri, suam sollicitudinem pro emergentibus maximè causis peragere: cuius etiam illi qui de altero officio mittendus est, praebemus facultatē, ut non tantum pro adiutores suos, ad responsum sed etiam inuicem se adiuuando, nec publicis, nec priuatis causis vel executionibus abesse videantur. ad singulos enim duces ad responsum de apparitionibus nostris non perpeximis oportere destinari: ne per multitudinem eorum qualibet machinatione dāna contra milites nostros augeri coningat. 2. Ut autē omnifariam tam publice commoditati, quam fortissimis prospiciatur militibus, sportularum nihilominus exactionem merito censimus moderandam: & iubemus nec ipsi ad responsum, nec adiutoribus eorum pro criminalibus seu ciuilibus causis, etiam si ex publicis causis descendere, vel ad publicam causam pertinere dicantur, licere aliquid plus quam vnum solidum à singulis vel nolentibus vel spontanea voluntate offerentibus suscipere militibus: ita ut si vniuersitas numeri seu principiorum monenda sit, duplicata quantitate tantummodo sportulas accipiant: in his etenim causis nec plures quam duos primates, quorum nomina semel ac primum gestis interuenientibus fuerint publicata, patimur conueniri: syndico videlicet prout consuetudo deposuit, legibusque cautum est, ordinando.

stantinus Augustus dixit: Iam nunc magnificentia  
mea omnibus veteranis id esse concessum perspicis  
sit, ne quis eorum in villo munere ciuili, nec in operi-  
bus publicis conueniatur, nec vlla collatione, nec a  
magistratibus, nec vidigalibus, in quibuscunque nun-  
dus interfuerint, vllam ob venditionem proponen-  
dam dare debeant. Publicani quoque (ut ad solent  
agentibus supplere) ab eisdem veteranis amoueantur:  
quiete post labores, suos pereniter persuantur.  
Fisco quoque nostro eadem epistola interdiximus, ut  
nullum omnino ex his inquietet: sed sicut eis eme-  
re & vendere, optimis negotiis pecuniam arachare, &  
mercimonia agitare: nec solum integra beneficia eor-  
um sub seculi nostri otio & pace persuantur, sed  
etiam nullo munere ciuili, id est corporali seu per-  
sonali vel deponatorio onere eos asfici concedimus.  
Da. Kalend. Mart. Ciuitate Belouocorum, Constanti-  
no A. vi. & Constantio Cx. Coss.

1. Idem A. Maximo.  
Prouidendum est, ne veterani qui praetoria di-  
gnitate consulati, aut honores varios pro meritis  
suis consecuti sunt, incongruis pulsemur iniuriis.  
quod si quis in hoc crimine fuerit deprehensus: re-  
tores prouinciarum pro iurisdictione sua examina-  
tes factum, pro sui qualitate eos coercent. Da. xiiii.  
Kalend. Jun. Treueris, Ianuario & Iusto Coss.

2. Idem A. Eusebio P.V.  
VETERANI qui ex negligentia vitae nec rus colunt,  
nec aliquid honestum peragunt, sed latrocinis  
sele dederunt: omnibus veteratorum priuilegiis  
exuti, poenis competentibus a prouinciarum rectori-  
bus subiciantur. Da. xiiii. Id. Aug. Constantio A. vi.  
& Constante ii. Coss.

3. Imp. Honorius & Theodosius AA.  
Nullus eorum qui sacramentis inharete deserit,  
vel volens permittatur, vel iniustus militare co-  
gatur, seu stare iudicium sententiae: quae non his ob-  
seruatis laze fuerint, nullam firmitatem habentibus:  
nisi forte reperitur ibi tempore militiae, cepta cog-  
nitione. tunc enim velut necdum cingulo deposito,  
sub militari iudice rem tradari sinique praecipit:  
nisi principali beneficio specialiter indulto qui  
dam ex his sese defendant.

DE FILLIS OFFICIALIUM MI-  
litarum, qui in bello moriuntur,

TIT. XLVIII.

1. Imp. Constantinus A. Eusebio.

HI qui ex officialibus quorumcumque officio-  
rum geniti sunt, siue eorumdem parentes ad-  
huc sacramento tenentur, siue iam dimisi sunt, in  
parentum militiam vocentur. Datum prid. Non. Aug.  
Basso & Ablabio Coss.

2. Imp. Gratianus, Valens & Theod. Augusti,

Filio: primipilarum patetiam sequi conditio-  
nem oportet.

SI quis quocumque modo militans in bello mori-  
atur, filius eius si uans sit, vel ex multis maior na-  
to, statim in locum eius succedat, & easdem annonas acci-  
piat si pater usq. ad Biarchi duraxat graui peruen-  
erit. Quod si altior obtinerit, (veluti dicenarij aut  
centenarij) filius eius fiet tantummodo Biarchus.

Manifestum autem est, maiorem partem, in quem elu-  
modi solatium conferatur, fratrum saerum curam  
habiturum.

DE OBLATIONE VOTORVM,  
Tit. XLIX.

1. Imp. Arcadius & Honor. AA. Basilio P.V.  
Vando uotis communibus felix annus aper-  
tur, in vna libra auri, & solidis obryzatis princi-  
pibus offerendi deuotionem animo libenti suscipi-  
mus: statuente, ut deinceps sequentibus annis vni-  
cuiusque sedulitas principibus suis talia inferat  
semper & deferat. Datum xix. Non. Mart. Med. Oly-  
brio & Probino Coss.

DE NUMERARIIS, ACTVARIIS, ET  
chartulariis, & adiutoribus, scriuariis, & excepti-  
ribus, sedis excelae, caeterorumque iudicum tam  
militarium quam ciuilium.

Tit. I.

1. Imp. Constantinus A. ad Veronicianum Vis. Africae  
& fraudulentum numerariorum propo-  
situm, qui diuersis obsequiis rectoribus obsequium  
tur, ita inhibendum est, ut antea sancimus, nunc ite-  
dem sancimus, conditioni eos subdi (tormentorum)  
& eculis atque lacerationibus subiaccere. Da. xiiii.  
Kal. Jun. Optato & Paulino Coss.

2. Imp. Valens & Valens AA. Clearcho.  
VI numerarij appellari consueuerant, consula-  
rium atque praesidium, dumtaxat tabularij post  
hanc nostram sanctionem vocabuntur: scientes in  
tormentis esse subiectos, nisi iudicibus, vel his qui  
prouentis nostro iudicio ad prouincias uenerint, vel  
exactoribus debitorum aut reliquorum nomen &  
modum frequenter ingererint sub actorum testifi-  
catione: quos scire oportet, cum his qui debitores  
sunt, sese ad solutionem esse retinendos, nisi omnia  
debita ipsi fuerint indicantibus persoluta. triennij  
tamen spatio tabulariorum decet tempus omne con-  
cludi. Da. xiiii. Kal. Mart. Constantin. Valens & Va-  
lens AA. Coss.

3. Idem Augusti Rufino PP.  
Numerarios amplissimae tuae sedis cingulum ha-  
bere, & militis ordinem tenere iubemus. Da.  
prid. Id. Dec. Parisiis, Valentin. & Valente AA. Coss.

4. Imp. Gratianus, Valens & Theod. Augusti omni-  
bus rectoribus prouinciarum.  
IN prouinciis singulis duo numerarij, qui & tabula-  
rij, collocentur: quod ad vnum fiscalis arcae ratio-  
cinium, ad alterum largitionales pertinere tituli in-  
beauerit: hoc scituri, quod si ex alterius quocumque  
adibus ad alteram partem illicita fuerit usurpatione  
translatum: is qui culpam iudicis dissimulatione te-  
xerit, grauisimo sit supplicio subiugandus. Da. xiiii.  
Kal. April. CP. Antonio & Syagrio Coss.

5. Idem Augusti Principio PP.  
EXceptores omnes iudicibus prouincialibus obse-  
quentes, qui nec cohortalem militiam sustinere  
videntur, neque a fisco vllas consequuntur annonas  
absque metu dare coacti operam, etiam si decurio-  
nes sint, minime prohibemus: dummodo munera  
propriae ciuitatis agnoscant, & peractis secundum  
morem exceptionis officio, ad propriam sibi curiam  
redeundum esse non nesciant. Da. xiiii. Id. Decemb.  
Aquilaiz, Arcajo A. & Baurone Coss.

6. Imp. Arc. & Honor. Augusti Seuro P.V.  
NE diutius ad cunctorum perniciem aduarij nu-  
merariorum conserui, adiuuentur, illustri au-  
toritate tua cunctos ex numerariis actuariorum so-  
cietate praecipiat abstinere, atque ab eorum commu-  
nitione discedere, quod si hoc moniti custodire negle-  
xerint, bisdem poenis se quibus aduarij, seu ambi-



ant subiacere. Dat. xiii. Kal. Jun. Niciz, Honorio A. 111. & Eutychniano Coll.

7. Imp. Theod. & Valent. Augusti Hierio P. V.

Actuarius tam classium urbis Constantinopolitanz, quam Thymelz, equorumque curulium ciuitatum diuersarum, non aliter nisi vt consueuerat manus sanxerit principalis, sublimitas tua precipiat ordinari, quod si quis talis sub tua fuerit iudicatione conuictus, profecto irritis his, quz vetita contrectauerit, etiam congruam indignationem incurrat. Dat. x. Kal. Jul. Nicomediz, Theod. xii. & Valent. 11. AA. Coll.

8. Idem Augusti Protogeni P. P.

Scriniarios vel numerarios officij magnitudinis tuz iubemus nullatenus in posterum aut mutua pecuniam sumere, aut polliceri cuiquam pro publicis expensis cogi, quos nullam post depositam militiam in quietudinem sustinere volumus.

9. Imp. Leo. inn. & Zeno Augusti.

Nemini licere deinceps iubemus, in quacunq; militia connumerato, sollicitudinem aduarij subire: vel post depositam eandem cura ad militiam adspirare: quatenus inter priuatos agens, omnique militari priuilegio deandatus, nihil nundinationis vel fraudis circa commendanda ratiocinia quibus obnoxius est, tentare valeat.

10. Imp. Zeno Augustus, P. P.

Nilli scriniario liceat pro tempore numerarios plus qua quaternis vicibus, nec his tamen continuis, adiutare. Idemque hoc super chartularijs in pzbenda pro tempore numerarijs opera obseruari decernimus, ita vt adiutorum quide, bichij, chartulariorum vero vnus anni intervallo continuatio interdipatur: nulla adiutoribus ad chartulariorum sollicitudine qua semel designati sunt, decedendi da licentia: ita vt Orientalis quide tractus, & tempore numerarijs no nisi ab his scriniarijs qui inter triginta viros a numerario retro numerandos, Asianz vero dioceseos numerarijs non nisi ab his qui intra quinquaginta a numerario similiter retro numerandos inueniuntur, Ponticiz vero & Thraciz dioceseos passim, & pro suo libito ex omni multitudine elegendorum adiutorum tribuatur facultas. ¶ Omnia sane communitoria, vel pzbceptiones, aut euectiones, seu quzlibet publica instrumenta no solum adiutoribus, verum etiam provinciz illius de qua disponitur, tractatori inspicendi, itidemque subscribendi, aliorum quoque qui vna cum eo tractant, in eadem subscriptione mentione habenda, necessitatem incumbere. ¶ Si quid autem sine hac obseruatione ex Orientali, vel Asiatico, vel Thraciano scrinio fuerit emissum, falsi suspicionem non careat: exceptis publicis instrumentis quz a scrinio Ponticiz dioceseos emittuntur, quod in iisdem instrumentis solum numerarium eiusdem dioceseos eiusque adiutorem & chartularium subscribere magnitudo tua disposuit: ita vt si quid huius legis fuerit violatum, numerarij quidem tam gradus sui quam solennitatum seu soltorum vnuerfi vnus anni iacturam: adiutores vero quinquaginta librarum auri, & chartularij quindecim itidem librarum auri poenam subeant.

11. Idem Augustus Catoni magist. milit.

Officio tuz magnitudinis datis precibus postulate, vt numerariorum actus non in biennium, sed in vnum annum statuatur: nostra pietas huiusmodi petitionibus annuens, dispositionem quz super biennio promulgata fuerat super vno tantummodo anno reuocauit.

12. Imp. Anastasius Augustus PP. Illyrici.

Per hanc diuinam pragmaticam sanctionem decernimus, quod antea tribunus pratorianis, dum dignitas eis qui in scrinijs seu gradibus officij

tuz celsitudinis deponunt militiam, pzbebatur, & custoditum fuisse dignoscitur, super hoc honore quoque comitatus dignitatis eis impertiri: vt sententia pro sine forum militiz proferenda, dignitatis etiam mentionem contineat. Hoc quoque tantummodo, & sine speciali codicillorum vel diuorum apicum sanctione ad eandem dignitatem adipiscendam, & priuilegia eam sequentia sufficiant: ita tamen, vt primi ordinis comitiatum per interlocutionem eiusdem potestatis, mereantur hi, id est cornicularij, & chartularij, primiscribij, & numerarij scriniij Macedoniz & seriniij Daciz, & seriniij operum, & seriniij auri. Hoc eodem in his etiam qui post nouellam dispositionem diuz memoriz Zenonis quz de eisdem pennis loquitur, & de eisdem personis, deposuerunt militiam, obtinente.

DE CURSV PUBLICO, ET ANGIARIIS, & PARANGARIIS,

TIT. LI.

1. Imp. Constant. Augustus Titiano.

Quos qui publico cursui deputati sunt, non lignis vel subibus, sed flagellis tantummodo agitari decernimus: poena non defutura contra eum qui aliter fecerit. Datum prid. Id. Maij. Sabino & Rufino Coll.

2. Idem Augustus Acyndino PP.

Præsidibus, & rationalibus, ceterisque quibus propterea res publica & annonaz & alimenta pecoriibus subministrat, vsurpandi parauerit licentia derogetur. Sed nec per aliam viam eundem quisquam habeat facultatem, nisi per quam cursus publicus stare dignoscitur: excepta videlicet ea sublimissima sede, cui cursus publicus, & proficiscendi per eum licentia & vbi ratio exegerit, pzoest. P. P. xv. Kal. Mar. Constantino A. vii. & Constantio Cæf. Coll.

3. Imp. Constant. Augustus Tauro PP.

Euectiones ab omnibus pestulentur, & tam iudicibus quam custodes publici cursui minime transire patiantur antequam seriem euectionis aspexerint. Quod si quis putauerit resistendum, & sine euectione iter facere detegitur, vel vltra tempus quod euectioni insertum est, publico cursui vti conatus sit: vbi repertus fuerit, ibidem iubemus retineri: & si quidem dignitate pzeditus sit, de eius nomine ad prout dentiam tuam, & ad illustrem virum comitem, & magistrum officiorum referri: aduersus vero ceteros prouinus indignatio competens exercenda est, quos sinceritas tua pro loco gradusque militiz ibidem coerceri posse crediderit. Dat. viii. Kalen. Jul. Medio Iani, Constantio A. viiii. & Iuliano Cæf. Coll.

4. Imp. Iulianus Augustus.

Parhippum eum videri, & habendum esse, qui vsurpato vno vel duobus veredis, quos solos euectio continebit, alterum tertiumve, extra ordinem commoueat. Nihil autem interesse debet, nec ad crimen vocari, verum agens in rebus suo itinere, an multo nis subingando modo euectionis datz formz licentiam non excedat. Dat. v. Id. Sept. Mamertino & Neuita Coll.

5. Imp. Valens & Valens Augusti.

Si quis per publicum rursus iter faciens, cuiuscunque dignitatis vel militiz, ab itinere recto diuerterit, poena in eum compertens proferatur.

6. Idem Augusti & Gratianus A.

Euectionum copiam senarij cum proficiscendi ad nos necessitas fuerit, serenitas nostra largita est: ita tamē, eū aut a nobis euocatur, aut a clementino stre veneratione discedit. Si quis ergo posthac contra vetitū sibi cursui publici illi clementie pzbentiam pserit, motum in se nostre mansuetudinis excitabit. 7. Idem Augusti.

In omni-

In omnibus protactis veredorum quarta pars reparatur. stabula autem vt impensis publicis exstruantur, contra rationem eorum provincialium sumptu, in quorum locis stabula constituta sunt, citius arbitremur apparanda, & vtilius sit tam publico, quam his, quos stercus animalium pro suo solatio habere concedimus.

8. Imp. Valentinianus Gratian. & Valens Augusti Floro Com. R. P.

Vt agendi itineris possit esse moderatio, leni vredi per dies singulos ex vtraque parte dimittitur: poena quinquaginta librarum auri minime defutura contra eos qui statuta nostra neglexerint.

9. Imp. Gratian. Valens & Theod. Augusti P. P.

Vt libris facilius euectionis copiam denegamus: ita id tantum nostro munim, & tuz sedi, necno viro illustri magistro officiorum sit referuandum: cum neque pzedico urbi, nec magistris militum, nec ducibus, nec vicariis, nec cuiquam alij ppter memoratas duas potestates a nobis hoc concessum sit. His enim tantum ambulandi facultatem iudices ex suo arbitrio pzbenturi sunt, quos in transmissio nem publicarum functionum persecutores videri constitutos: scilicet, si defensionem nostram excesserint, se quidem viginti quinque auri libris, officia vero quinquaginta esse multandos. 10. Idem AA. Philagio.

Gravissimæ poenz acerbitate pzbentia, euectionum contra stus, animalium quoque publicorum merces, & euectis & distrahengis coercionem prohibemus.

11. Idem AA. Cynegio.

Vt nullus euectione vtatur priuatus, tametsi valuerit impetrare.

12. Imp. Valens, Theod. & Arcad. AA. Cynegio.

Quoniam veredorum quoque cura pari ratione tractanda est: sexaginta libras auri stella eū frenis, sexaginta itidem auerta non transeat: ea conditione, vt si quis pzbentia moderantibus imperatorij libramenta transcendit, eius stella in frustra cedatur: auerta vero sibi iuribus deputetur, exceptis auri centenariis; quz necessarium est ab hippocomis in solis faculis reportari.

13. Idem Augusti Floro.

Non patiamur hippocomas per eos qui veredis vtatur, indigna spoliacione vexari. siquidem nonnulli veredarij saga eorum dicuntur auferre, vel pzbentia. quo circa per omnes iudices: & curiosos miserabilis remoueat iniuria: scientibus cunctis, quda si obseruata non fuerit nostra sanctio, non solum damna relascire, verum etiam notam & multam qui neglexerit, subire cogetur.

14. Idem AA. Potamio.

Publici cursus exhibitio secundam locorum celsitudinem vel curialibus vel cohortalibus debet committi, vel his qui suo periculo ab eminentissima pzbentia sub competentis cautela excipiunt.

15. Imp. Arcad. & Honor. AA.

Si quis vel pro vna mutatione, veredum superduendum esse crediderit, in quadruplum superduorum animalium pretium sibi iuribus inferat.

16. Idem Augusti Remitheo duci.

Hi tantummodo vtendi cursus publici facultas concessa est, i qui legati de diuersis gentibus ad nostram clementiam properate festinant.

17. Idem Augusti Lucentio.

Nemo multoem mutationibus deputatum, vel per sollicitationem, vel per receptionem subtrahere audeat, decem libras argenti poenz nomine inferre se formidans.

18. Idem Augusti Messalæ P. P.

Animalia publica dum longè maiore ac perisoi,

quo pretio pabula xstimantur, per mancipis atque apparitores aperte vexantur, ne id contingat, sublimitas tua disponat, vt nec pabula mutationibus defint, nec provinciales vltra quam iustitiz finit ratio, pzbentur. Dat. xv. Kal. Decem. Stilichone & Aureliano Coll.

19. Idem Augusti & Theod. AA. Septimio Procur. Afric.

Comperimus prouinciales & pabula & pecuniam pro cursu equorum curialium solenni ratione conferre, & extrinsecus etiam paraueredorū onere pzbentari. Prouinciarum igitur rectores procurent, ne vnuquam cursus publicus veniat in querela, & occasio deceptionis curiales vel prouinciales animalia indebita pzbentare compellat. Dat. vii. kalend. Apr. Rau. DN. Theodosio A. 1. & Rumerido Coll.

20. Idem AA. Anthemio.

Nemo ducum ingressus semel prouinciam suam postmodum in itineribus faciendis cursu atque angariis ipse sine suum vtatur officium, sed expeditionem militarem iumentis, proprijs exequatur. De cohortalibus etiam officiis eadem lege sancimus, ne quis ex his per prouinciam suam discurrens, verede vti conetur in posterum, cum sacra prohibitum sanctione cognoscat. Quod si quis ducum, vel apparitorum, vel cohortalium officiorum temerario animo ea quz decernimus, contemnenda putauerit: per singula animalia quibus vltus fuerit, singularum librarum auri illatione multabitur. Dat. xiii. Non. Aug. CP. DD. NN. Honorio vii. & Theodosio 11. AA. Coll.

21. Imp. Theod. & Valentin. AA.

Vt nullus penitus cuiuslibet ordinis seu dignitatis, vel sacrosancta ecclesia, vel domus regia tempore expeditionis excusacionem angariorum seu parangariorum habeat.

22. Imp. Leo A. P. P.

Vt sum ambularem ab omni Orientali tractus necnon ab his ciuitatibus aliarum regionum, quarum instructio tui culminis meminit, tolli amputarique decernimus: ita tamen vt in transitu fortissimorum militum quando nostra serenitas dispouerit ex alijs ad alia eos loca deduci, euectionesque animalium secundum consuetudinem a nostra fuerit serenitate consecuti, & in armorum confessione quam translatione seruata consueuimus, in professione quinetiam legatorum, animalium dominis qui ea solent accepta mercede locare: pzbentia pensio, atque tui culminis imputeur, tractorias videlicet animalium super memoratis causis nulli alij iudici, cuiuscunque sit dignitatis, nisi tuo tantummodo culmini, faciendi licentiam patere decernimus.

23. Imp. Anastasius A.

Iubemus nemini licere cuiuscunque scholæ, vel officij, vel militiz seu conditionis per totius Orientalis tractus partes: ob quamcunque causam proficiscenti seu redeunti, supra vnum veredum vnumque paraueredum, cum euectione tamen iudiciali mouerent: specialis et pzbentia sit nostre serenitatis quantitatem animalium continens euectio: exceptis proculdubio his qui pecunias publicas deuehunt: cum in hac parte sine nostra quoque speciali auctoritate tanta conueniat animalia moueri, quanta transeundæ pecunie summa & eius cultio deposcit: quinquaginta librarum auri his feriendis condemnatione, quicunque nostra iussa quolibet modo seu tempore violauerint, seu violare concesserint.

DE TRACTORIIS, ET STATIUIS.

TIT. LII.

1. Imp. Theod. Arcad. & Honor. Augusti.

Tractoriz cum statiuis solijs, tantummodo

biduum tempus accipiant: nulli vero penitus cum necessarii sibi personis prebeantur, nisi his tantummodo, qui animalia atque equos sacro usui necessarios prosequuntur: ita tamen ut his dimissis in tractoriarum corpore, quinque dierum numerus adscribatur, ut nullus ultra hoc temporis spatium ad residendum in quo libitum fuerit locos, copiam nanciscatur. Dat. vii. kalend. Septemb. CP. Arcadio Ant. & Rufino Coss.

DE APPARITORIBVS PRAEFECTORUM PRATORIO, & PRIVILEGIIS EORUM,

TIT. LIII.

1. Imp. Valentin. & Valens AA Mamertino P.P. Praefecturæ cornicularios, qui annis singulis ex eunt, post transactos corniculos nostram adorare purpuram volumus: quo honore perfunctis, cum iam missionem tenuerint, liberum otium damus, ut ad susceptionem vel cuiuslibet necessitatis officii minime deoventur. Dat. iii. kal. Feb. Med. Valentin. & Valente AA. Coss.

2. Idem Augusti Zosimo praefidi Epiri noui. Praefectianos ad perniciam provincialium exactionibus in prouinciis, vel potius lucris & quaestibus suis sese immiscere vetamus: praeterea vel horreorum genere custodiam, vel curiarum ius atque arbitrium sibi praesumere his denegamus. Horum si quis praesentis legis temerator existat, volumus cum competenti motu & indignatione percelli. Dat. xiiii. kal. Dec. Mediolan. Valentin. & Valente AA. Augustis Coss.

3. Imp. Theod. & Valens Augusti Zoilo P.P. Cornicularij & primi scribij, numerarij insuper qui in officio tux sublimitatis per ordinem obsequij militie terminatis, desideratam laborum equiem fortuntur: pro multis erga rempublicam sudoribus, ab omnibus indictionibus tam militarium quam ciuiliu iudicium semper habeantur immunes, & ciuiliu tantum iudicium, non etiam militarium iurisdictioni subiaceant. Haec sanctio addendum esse censemus, ut si quis praefectianus dum militati vel post depositum cingulum, sine testamento quod legibus comprobatur, nullisque ab intestato successoribus derelictis, facti munus impleuerit, omnes eius patrimonij facultates prouisione magnifice tux sedis non sicut iuribus, sed arce tui culminis rationibus vindicentur. Scriuariis autem & exceptoribus, ceterisque qui in officio tui culminis merentur: cum in legione tantummodo in causis in quibus pulsantur, tux celsitudini deputamus. In prouinciis vero commorantes, rectoribus earum eos respondere iubemus, nisi publicum officium aliquod eis iniunctum sit.

DE APPARITORIBVS PRAEFECTORUM VRBI,

TIT. DIIII.

1. Imp. Gratian. Valentinian. & Theodos. AAA. Principio P.P.

Praeter eos qui de officio eminentium praefectiu, numero stipendioum & curricula euolutis, vrbisque praefecturæ serenitatis nostrae annis singulis attingere purpuram veneratque praepri sunt, nulli prorsus eorum qui prouincialia officia peregerint: tranquillitatis nostrae muricem adorare sit liberum, omnium suffragiorum obreptione cessante. Dat. xiiii. kalend. Octob. Aquil. Arcadio A. & Buvone V.C. Coss.

2. Imp. Theod. & Honor. AA. Palladio P.P.

Quicumque illustri vrbis sedis apparitor clandestina fraude pistorem concusserit, accusatus atque conuictus, perpetui panis scij nexibus addicatur. Dat. vii. kal. Ian. Ray. Honorio A. & Constantio II. V.C. Coss.

DE APPARITORIBVS MAGISTRO- rum militum, & privilegiis eorum.

TIT. LV.

1. Imp. Valentinian. & Valens AAA. ad Arzemiolum conuenerunt.

Qui sese in officijs magistrorum equitum ac peditum militare monstrauerint, ab omni nominis iniuria excusentur. Dat. xiiii. kal. Octob. Aquil. Acc. xvi. kal. Nouemb. Salerni, Diuo Iouiano & Varroniano Coss.

2. Idem AA. Mamertino P.P.

Qui in officio magistrorum equitum ac peditum militiam sortiti sunt: ordinis sint militaris.

3. Imp. Valentin. & Theod. AA. Basio P.P. Probari apparitores magistræ potestatis neque curiales in aliquo officio, neque cohortales, neque censibus adscriptos volumus.

4. Idem AA. Apollonio.

Umerarios viroium illustrium magistrorum militum tam praesentialium quam Orientalium, qui ordine & stipendiis militis fuerint decorati, exeutes, tribunis praetorianis partibus militaris, sudoribus eorum beneficium deserentes, sociari praecipimus: ita videlicet, ut post completam militiam ab omnibus indictionibus tam militarium quam ciuiliu iudicium semper habeantur immunes, principatus vero, munere functos, tribunis vigiliu militariibus aggregari volumus.

5. Imp. Anastasius magistro militum.

Eos qui in officijs vestris merentes, statutorum tantummodo numero inserti sunt, fori praescriptione muniri, ceteros vero qui supra huiusmodi numerum militare noscuntur, quasi nec militantes, & apud illustriissimas praefecturas, & apud clarissimos prouinciarum retores de quolibet passari, & conueniri, & sine cinguli praescriptione respondere negotio sancimus.

DE APPARITORIBVS PROCONSULIS & LEGATI.

TIT. LVI.

1. Imp. Valentin. Theod. & Arcad. Augusti ad Flauium Proconsulem Africæ.

Officio quod tuis meritis obsecundat, non curialem quemquam, nec ex ceteris corporibus volumus aggregari: at si qui erunt inter apparitores huiusmodi, restitui eos munis debitis mori iubemus.

2. Imp. Arcad. & Honor. AA. Dominatori Proconsuli Africæ.

Apparitioni tux & legatorum quadringetos censuras deputandas de his dumtaxat, quos esse sibi detractos respublice membra non queruntur.

3. Imp. Arcad. & Honor. AA. In proconsulari prouincia officium proconsularis postulet quod exigere consuevit, nec alicui se partibus impudenter intreat.

DE APPARITORIBVS COMITIS Orientis,

TIT. LVII.

1. Imp. Theod. & Arcad. AA. In officio comitis Orientis non amplius quam sexcenti apparitores habeantur, quos quidem publicis necessitatibus nouimus abunde suppetere.

DE COHORTALIBVS, PRINCIPALIBUS, CORNICULARIIS, & PRIMIPILARIS.

TIT. LVIII.

1. Imp. Constantinus Augustus edicto suo ad Afros. Mores stationarij neque super exactionem audeant, neque carcerem habeant, neque quicquam percipere

personam, licet pro manifesto crimine, apud se habeat in custodia, sciens quod si tale fuerit commissum, capite puniendus est. PP. vi. Id. Maij, Karthag. Constant. A. iiii. & Licinio iiii. Coss.

2. Imp. Constantinus & Constant Aug. Taurio P.P.

Nihil iudicum quemquam sine sacra probatione probare audeat, vel prouehere. Excipiimus tamen officia prouincialia rursus publici sollicitudinem sustinentia. nec enim tanto numeri administrum denegari publica permittit uisitas. Dat. vii. kal. Ia. Med. Acc. viii. Id. Iul. Datiano & Cereale Coss.

3. Imp. Valentin. Valens, & Grat. AAA. Festo consulari Syrix.

Solita cohortalibus Syrix privilegia, quae a Diuo Diocletiano porrecta sunt, atque concessa, nos quoque porreximus: iubemus eos non ad sollicitudinem bastagæ, non ad fundionem nauiculariam deuocandos, non inuios curialibus censibus adscribendos: verum per solam functione transfata, praerogatiuam his recusatibus offerimus. Dat. vi. Non. Octob. Valentin. & Valente AA. Coss.

4. Idem AA. & Gratianus A. Probo P.P.

Officia eorum prouinciarum tux magnificentiæ literis volumus admoeri, ut susceptis in officio proprio vel probatos, cohortium nomine, vel legionum privilegiis existimare inferendos. Dat. xvi. Id. Iun. Modesto & Arintho Coss.

5. Idem AA. Modesto P.P.

Quicumque per Orosocnam primipilariis maiore latatur numero filiorum, unum loco suo ueluti hereditario iure substituit, alterum pro amore patriæ, & defenzæ curiz tradat obsequijs: ceteris qui uoluerit militia prouisurus. Sin autem duos tantum procreauerit: cohorti satisfacere cogatur, & curiz. Quod si unum procreauerit, eundem ordini patriæ restituat, nullo contra hanc formam beneficio ualitur. Damus sane licentiam tam patribus eorum, quam ipsis qui huius legis auctoritate ciuitatum obsequio aggregantur, ut si quos cupiales patrociniu principium inuenierint excusari, in medijs praerantur: & ipsi similibus officiis deputati, parenti impetratis.

6. Imp. Grat. Valens, & Theod. Augusti Neotherio P.P.

Si apparitor defugerit criminis, edictum quo reuocari possit, adiecta conditione legibus subsequatur: cui nisi fuerit satisfactum, merito in latitantem a iudice pro qualitate peccati sententia profertur. Veniam enim talibus non permitimus, nec indulgendis crimina subleuamus. Dat. prid. Id. Iun. Med. Arcadio A. & Baurone Coss.

7. Imp. Valentin. Theod. & Arcad. Augusti Tauriano P.P.

Ordinariorum iudicum apparitores, qui vel speculatorum vel ordinariorum attingerint gradum nullo annorum numero, nulla stipendioum contemplatione laxentur, priusquam primipili passum digesta ratione compleuerint. Quod si ante debitum locum, qui huius functioni habeatur obnoxius, vel ægri corporis laborem, vel defessæ senectutis extrema ad impetrandam quietem crediderit praetendenda, non prius oio condoneatur, quam omne quod primipilo debetur, expenderit. Eos etiam qui pro sceleribus suis solum militie cingulo addicuntur infamiz, ne integro pectore sub hac occasione laxentur, ita condigne uisioni eos volumus subiicere, ut functioni quoque quæ extrema militie debetur, nihil ex eorum facultatibus subtrahatur. Dat. iiii. Non. Maij, Med. Timasio & Promoto Coss.

8. Imp. Arcad. & Honor. AA. Euthymio Vic. Afiz.

Spectebus primipilaribus adgerendis eadem pretiostrum taxatio seruetur, quæ in venalibus publicis

poterit reperiri. Dat. v. kal. Mar. CP. Arcadio iiii. & Honorio iiii. AA. Coss.

9. Idem Augusti.

Petrus, Ilyrican in quo plurima ac maxima necessitatibus expediti centeni numero singulis iudicibus obsecundant: nec ultra hunc modum vel ad militiam ullus adspiret, vel conuenientia iudicum persequeret. Ash-bendi autem sunt ad huiusmodi ministeriorum obsequia, non illi qui vano militie nomine immania luera sequeuntur, sed qui necessitatem officij sollicitudinibus debitis exequantur.

10. Idem Augusti & Theod. Augustus An hemio P.P.

Quicumque charta, vel tabulas, vel quodcumque aliud ministerium cohortalis operauerit, non ante accedere permittatur, nisi eius nomen mariculis receptum primitus fuerit: eia propositis his, qui contra statuta celsitua crediderint suscipiendos aliquid, ut quodlibet eis officium iniungendum. Dat. x. kal. Apr. CP. DD. NN. Honorio vii. & Theodosio ii. AA. Coss.

11. Imp. Honor. & Theod. AA. Antheonio P.P.

Si quis ex grege cohortalium, urgente crimine sine datione stipendij fuerit exemptus, aut otio traditus quiescit: abus inuoluetur, aut si ad pristina sacramenta precum uisitatione maluerit repedere: iudicium nostræ maiestatis oraculum, amplissimæ tux sedi offerat allegandum. Dat. xiii. kal. Mart. CP. Honorio x. & Theodosio v. AA. Coss.

12. Imp. Theod. & Valens Augusti si Lidoro P.P.

Si cohortalis apparitor, aut obnoxius cohorti, ad illam adspirauerit dignitatem: spoliatus omnibus impetrati honoris insignibus, ad statum pristinum reuocetur: liberis etiam in tali eius conditione susceptis, fortunæ patriæ mancipandis. Quod si quis ex his aulus fuerit uis affectare militiam, nulla praescriptione temporis minuiatur, praeter tam scilicet, quæ ex triginta annis colligitur: sed ad conditionem propriam restitatur: nec ipse, vel liberi eius post talem ipsius statum procreant, quod cohorti debetur, valeant declinare. Sed nec ad aliam cohortalium vel cohortalium filius audeat adspirare fortunam, cui maiorum suorum exempla prauidicant.

3. Sed etiam cunctos, qui diuersarum rerum negotiationibus detinentur, ut peritas scilicet, vel gemmarum argenti que uelut uenditores, apothecarios etiam, ceterosque illustres pliarum mercium, quibus atque erga rebus adherentes, iudicium a prouincialibus officiis remoueri: ut omnis honor atque militia a contagione huiusmodi segregetur. Dat. iiii. Non. Apr. Constantinop. Iliido, & Genat. Coss.

13. Idem AA. Florentio P.P.

Nillum ex primipilaribus, nullum ex principe cohortalis officij, vel ad aliam posse militiam adspirare, vel ministerijs sibi contra publicam uisitationem blandiri, vel ad quamlibet aliam dignitatem ad prauidicium praeriti status accedere concedimus: Quod si contra hanc tam saluberrimam formam, vel responsa celsitia, quodam militiis aut dignitas audacter eliciatur: pro ingestis haberet, etiam si speciali adnotatione nostræ indulgentiæ eam obriuisse uideatur: nec adfectionem ei quoquo modo patere, qui se memoratis artibus publice uudet commoditatis subtraheret: sed statim ciuitatis, unde oriundus est, curia tradi praecipimus.

14. Imp. Leo A. Constantino P.P.

Quisquis cohortalibus adhuc obsequijs obligatus, vel regimen prouinciz, vel cingulum cuiuslibet militie vel dignitatis quoquo modo meruerit: ante omnia contra licitum uisitationis impetratiue careat, etiam si ultroque nostra uisitatione ius gerendæ prouinciz, vel militie

sen dignitatis cuiuspiam sibi idauerit fuisse delatum. dehinc vniuersis solatis conditionis quam spreuerat defraudatus, ne quid eorum omnino per se vel per interpositam personam possit acquirere, primipili tantum munus implere cogatur, mox curatibus civitatis in qua hatus est, in diem vix suae fundionibus inhiat, scilicet, ut etiam hi qui post impleram talem militiam quolibet militie dignitatisve genus affectauerint, curiae patrie suae restituantur. Dat. vi. Kal. Ian. CP. Leone A. IIII. & Probiano Cos.

DE APPARITORIBVS PRAEFECTI ANNONAE

TIT. LX.

1. Imp. Valens, Gratianus & Valens Augusti.

Apparitores vrbis praefecturae annonario officio se non inferant: sed apparitorum emulatione secreta ministerio suo annonae praefecturae fungantur.

2. Imp. Arcadius & Honor. AA. Praefectus annonae canonem qui ad officium suum pertinet, per compulsores suos exigat: cum officio suo retineatur obnoxius, qui ad implendum canonem deuotionis suae exactorem non ostenderit.

DE DIVERSIS OFFICIIS, ET APPARITORIBVS IUDICII, & PROBATORII EORVM

TIT. LXI.

1. Imp. Valens, Valens, & Gratianus Augusti Severo mag. militum.

Si quando praefectus praetorio, vel vicarius, aut rector provinciae significauerit eum, qui chartis ac rationibus publicis inuenitur obnoxius, ad praepositum castrorum ac militum transire: retractus illi assignetur officio, a quo ad necessitatem praestandi rationibus debeat, in reiecti vero locum is potissimum destinetur cui meritorum adspiratione insignia. Dat. x. Kal. Ian. Gratiano A. III. & Probo Cos.

2. Imp. Gratianus, Valens, Theodosius & Arcadius. AAAA. Eufignio P. P.

Nvllus ex his quos claruerit militia resolutos, indebita denuo sacramenta sine Augusti assensu suscipiat. Si quis autem id per obreptionem forte meruerit, quinque librarum auri multetur in commodo. Dat. prid. Id. Jul. Med. Honorio NE. P. & Eudocio Cos.

3. Idem AA. & Eufignio P. P.

Nvllus apparitor amplitudinis tuae, vel de officiis palatinis ad eam provinciam ex qua oriundus est, vel in qua collocaverit laudem, vel qui iam in huiusmodi officio fuerit commoratus, obtentu publicae necessitatis, vel executor privati negotij dirigatur. Etenim officij tuae celsitudinis primicerius tres libras auri fisci vilitatibus sine dilatione persoluet, si statuta fuerint temerata. Apparitor vero qui huic se muneris passus est deputari, militia spoliabitur. Hae vero poena etiam caeteris irrogata est, ut si domesticus, aut protector, aut factor, vel agens in rebus, vel palatinus viri quoque officij, vel ad eandem provinciam, in qua natus est, vel ad eam in qua collocaverit laudem, cum huiusmodi usurpatione perrexit: matriculis quidem exemptus ipse qui se voluerit mitti, auri libram vnam fisci vilitatibus inferre cogatur. ad iores vero officiorum, & palatinorum, ac numerariorum comitum illustrium virorum, siue aenarij, libras auri fisci iuribus soluant, nisi statuta fuerint custoditi. Dat. II. Non. Dec. Med. Honorio NE. P. & Eudocio Cos.

4. Imp. Theodosius, Arcadius & Honor. AAA. Vi vel exigua rei familiaris substantiam habet, militare in apparitorum numero non vetetur.

5. Imp. Honor. & Theod. AA. Gratiano P. V.

Quicumque apparitores ob culpam vel negligentiam fuerint iudicatio discendi, iam ad nullam militiam habeant facultatem adspirandi: nec ex rescripto his vllus aditus referatur, quos epagnit poene grauisime subiugari, si contra iahbita quoque sacratissimis constitutis adspirare contempserint. Dat. VIII. Kal. Aug. Rau. Honorio I. & Theod. AA. Cos.

6. Imp. Theod. & Valens Augusti Hierio P. P.

In his officiis, id est virorum spectabilium procon- sularis Asiae, comitis Orientis, praefecti Augustalis, & vicariorum, quos etiam monimus sub xxx. inter- mitione librarum auri, nemo aliter admittatur nisi cum emissa sacri serinij probatoria consecrauerit. Quod si quis tali sub tua fuerit abdicatione con- uictus: protectio irritis his quae venia contrectauerit, etiam congrua indignationem incurret. Dat. 7. Kal. Jul. Nicomedie DD. NN. Theod. XII. & Valente II. AA. Cos.

7. Idem AA. Anatolio mil.

Ad splendidiorem priuilegia militiae, posteaquam priorem continuo labore compleuerint, eos venientes admittimus, qui ea voto adipsendum hono- ris crediderint expectanda: non eos qui studio exerci- diae cupiditatis ambierint, ut velut in meliori fortuna possit, aut ea scelera quae prius commisisse doceantur, occultent aut alia deinceps possint impune com- mittere.

8. Imp. Leo & Zeno AA. Ioanni mag. offic.

Viros spectabiles duces, eorumque apparitores, necnon limitaneos, castrorumque praepositos, tantummodo ex sublimi tui iudicij lenientia conueniri, nec aliis subiaceat iudicibus praecipimus: illu- stribus scilicet ac magnificis viris, magistris militum consuetudine ac potestate, si qua ad limites aliquos Orientis, Thraciarum, & Illyrici, ex longo tempo- re haecenus obtinuit, referantur.

9. Idem AA. Hilario magistro officiorum.

Probatorias memoriam & agentium in rebus, caeterorumque nihilominus apparitorum praetorianae per Orientem amplissimae praefecturae, eorum etiam qui in diversorum iudicum officiis numerantur, ex sacris probatoris solito more militiae sacra- menta sortiri decernimus: non passim, nec licenter, solis auctoritatibus, vel sacrarum militum literarum exemplaribus, sed ex authenticis tantum sacris probatoris manu nostra subscriptis, & nostro arbitrio praestandis, ita ut nullus his dolus aut fraus possit annecti. de his etiam qui sunt verae & catholice fidei, iubemus admitti. Alter vero militum, nisi ex his sint quos solis auctoribus apparitioni aggregari vetusta consuetudo perdocuit, de cetera fraude cuius- cumque accusandi studio, non solum mendaciter carere militia, sed & proscriptiois stylium subire decernimus, & bonorum omnium amissione multamus.

10. Idem AA. Erithrio P. P.

Haec sanctione decernimus, ut in posterum nemini licentia sit edendi exemplaria his, qui sociati sunt cuiusque militiae, quam sint diuini probatoris ad- missi non possunt, sed periculo primarum vniuersi- usque officij ipsas authenticas sacras, quae diuinae pietatis, continent annotationem cum subscriptione administrantium, sub quorum iurisdictione consti- stunt, his qui militare valent, praestari: exemplaribus videlicet eorum, cum subscriptione eorundem iudicum apud singula quoque officia, prout conuenit reseruandis. Quamuis autem manifestum sit de huius- modi probatoriarum obseruatione excepta esse caeterorum iudicum officia, tamquam de vlla et ignorantiae relinquatur occasio, omnium officiorum, quibus necesse est per sacras probatorias militiae sociari, notitiam in sacris apicibus subdendam esse censuimus. Sub

Sub hac igitur obseruatione omnes qui siue in hoc sacro palatio nostro, siue in aliis quibuscumque officiis deinceps militare cupiunt, qui tamē (ut dictum est) non possunt pro tempore sacrarum constitutionum, vel veteri consuetudine, nisi praecedentibus sacris probatoris militiae sociari, sicut subiecta notitia demonstrat, adipsam praecipimus, scientibus his qui ex aliqua parte praesentis notitiae serenitatis legis formam conuenientia vel negligentia quadam colludere tentauerint, non tantum amissione bonorum omnium, sed etiam capitis periculo, vitiope crimini falsitatis obnoxios, se et ipso esse praesentendos.

Et est notitia haec: Serinij memoris probatoris agentium in rebus, palatinorum sacrarum largitionum, rerum priuatarum partis Augustae. Item serinij sacrarum epistoliarum huius officii virorum illustrium praefectorum praetoris Orientis & Illyrici, & vrbis, officij proconsularis Asiae & Achaiae, officij comitis Orientis, officij praefecti Augustalis, officij comitis diuinarum domorum, officij vicariorum Thraciae, Ponti & Asiae & Macedoniae, & Thesaurarium classis. Item serinij sacrarum libellorum sic officij virorum magistrorum militum vtriusque praefecti Orientis & Illyrici, inuitatorum, admissionalium, memorialium, omniumque paedagogorum, cellariorum, mensurarum, Lampadariorum eorum qui in sacris serinij deputati sunt, decanorum partis Augustae, & cursorum partis Augustae, officij virorum spectab. ducum Palaeestinae & Mesopotamiae, nobilis comitis Phoenicis, Corinthiae, Syriae, & Augustae Euphratenensis, Arabiae, & Thebaidis, Libyae, Pentapoleos, vtriusque Armeniae, vtriusque Ponti, Scythiae, Mysiae primae, secundae, Daciae, Pannoniae, officij vitarum spectabilium comitis Aegypti, Pamphyliae, Lyconiae, & Pisidiae.

DE EXECUTORIBVS, ET EXACTORIBVS

TIT. LXI.

1. Imp. Arcadius & Honor. AA. ad prouinciales & ad proconsules.

Nvllus per diuersas prouinciarum partes aut palatinus exactor accedat, aut illustrium virorum apparitor vagaretur, vel militaris terror inferret formidinem: hac lege sancimus, ut omnes memorati intenti sint ad prouincias, rectorem, & cum eo agant: illo insistente, disponente, & agnoscante, & suo periculo rem peragant, & implentur. vltima. Datum xvii. Kal. Jul. Mediol. Olybrio & Probino Cos.

2. Idem AA. Andromacho P. V.

Quicumque ex palatio nostro cuiuslibet tituli ad prouincias conueuerit, compulsor, exactor, admonitor, portitorve praepositi, agens in rebus, vel palatinus vel apparitor illustrium potestatum: hoc tantum potestatis arripit, quod mandatum curiae suae specialiter apponitur, nec quod iniunctum alteri fuerit, collegij iure praesumat: ne dum hoc sibi iniuicem inuicem officij licentia partiantur, agant rursus, quod singulis credebatur. Dat. pridie Id. Jul. Mediol. Olybrio & Probino Cos.

3. Imp. Honorius & Theodosius AA. Palladio P. P.

Sive ex praetoriano officio, siue illustri comitum sacrarum largitionum, necnon & rei priuatae nostrae militiae, vel ex quacumque apparitione ad quancumque necessitatem profigandam quis fuerit destinatus. sciat se intra anni metas debere collectis rationibus ad proprium iudicem remeare, eique suam efficaciam ostendere, & quid in eius instantia exactum fuerit, quid in debitis habeatur, & penes quos resederit, vel cuius culpa, aut qua causa in eadem prouincia fuerit derelictum. Quod si exacto spatio anni in eius regionis vicis, praedator insidians, deprehensus fuerit remorari: tunc absolutus eingulo militiae abiciatur, primoribus eius militiae decem librarum auri multa proposita si redire disti-

mulat: & per vices officiorum ligatus ferris nexibus, cura prouincialis officii ad debitum mittatur examen: nec ei liberum sit, ut hoc se priuilegio aut occasione defendat, quod sibi aliud negotium, vel aliam necessitatem post iniunctam esse causetur, cum huiusmodi licentiam auferamus in eadem prouincia continuare exactorem. Dat. x. Kalend. Octob. D. N. Theodosio A. VII. & Palladio Cos.

4. Idem AA. Ioanni P. P.

Nvllam possessionem alterius pro alienis debitis publicis vel priuatis praecipimus conueniri. Datum v. Id. Jul. Rau. Honorio XIII. & Theod. x. AA. Cos.

5. Imp. Honorius & Theod. AA. Volusiano P. P.

Contra nostra praepcepta si quisquam venito temerario ausu exactorem audebit, licebit prouinciae moderatori eundem correptum ad sublimitatis tuae iudicium sub prosecutione dirigere, & licebit prouinciali, si probetur obnoxiosus executor contra vetitum exactorem sibi vindicans, temeritatem legitime repellere.

6. Imp. Zeno Arcadio P. P.

Sancimus, ut eum cui ex iudicio tui culminis quo- scumque modo, siue studio numerariorum aut tractatorum, vel ipsorum iussu, qui pro tempore amplissimae tuae sedis administrationem suscipiunt, exactio publicorum pecuniarum iniungatur, minimē prius liceat aliam sollicitudinem gerendam suscipere, quam reuersus inuicta sibi causae responsura praebuerit. Si tamen ita fors tulerit, ut in ea prouincia ad quam exequendi causa publici negotij aliquis proficiscitur, aliqua quoque causa sit exequenda, non prohiberi vnum eundemque exactorem ab hac vrbis regia proficiscentem, duorum simul, non plurium negotiorum executionem suscipere: dum ipsi quoque tertii non sine iungendi licentia: antequam de superioribus responsum portauerit. Executoribus hiis qui secundam, siue simul duas, vel etiam tertiam causam passi fuerint exequendam suscipere, non solum einguli & bonorum suorum amissionem, verum etiam perpetui exilij supplicium subituris. Bandem hanc poenam numerarum quoque & eius adiutorum, ad quorum curam quod violatum est pertinet, formidare.

Vllibet executor diuinae iussione praetorianae praepcepti id prius insinuate praesidi debet, ut is inquirat an sit in eo vitium aliquod falsi, aut legibus aduersum aliquid, an per obreptionem imperatorem sit. Excurio autem sit scripto vel sine scripto propositis sacris Evangelis, & praesentibus possessoribus omnibus, & vna cum praeside inquirentibus, qui & o- pem executori ferent, si res digna videatur. Sed si quid manifestum in ea falsi vel illegitimi deprehenderit, suspendat exactorem, & relationem mittet ad principem peragentem in rebus, vel ad sedem eius a quo res processit. Et interim executor quidem cautionem praestabit pro rei qualitate: reus personalem se sibi puta, idque sine vlla impensa. Debet enim executor indemnem eum prestare quem conuenit, si temere forsitan eum conuenit: quam cautionem nisi praestiterit, impune ab eo quem conuenit, repellitur. Praes ipse vel alius ad quem iussio dirigitur, cautionem exigit ab executeore pro rei qualitate. Sed & si poterit quos executionem repellere, & repulerit, debet praes executorem restituere, & ab reo cautionem exigere personalem, & rem deferre. quod si negligat, tam ipse quam suum officium, siue ad quem iussio missa sunt, de suo indemnitate conuenio praestabit durante vel deposito magistrati. Constitutio excipit eos qui nomine tributorum obligati sunt. Quod si pretio victi praesides non inquirant, qua de re superius diximus inquirendum esse, etiam si negligentia hic tantum argui videatur, & rei familiaris damnum patientur & magistratu eiciantur, & circa salutem periclitabuntur. Omnis autem lex Praef. praetorio prius insinuari debet, deinde in prouinciam transmitti: & portitori dari aureos

sex, præfide durante per omnes ciuitates suæ pronin-  
eiz legem promulgari sine vlla impentia præfidis vel  
defensoru vel portitoris. Et si quis ex ea re quid per-  
ceperit, in duplum tenetur, & magistratus dignitatem  
amittit officialis officium.

DE LVCRIS ADVOCATORVM,  
& concussionibus officiorum  
seu apparitorum,  
TIT. LXII.  
1. imp. Constantinus A. ad Æliadum pro-  
consulem Africæ.

Si quis à ducentariis, vel ceterariis vel fisci aduoca-  
tis læsum se esse cognoscit, adire iudicia, & proba-  
re iniuriam non moretur: vt in eum qui contumtus  
fuerit, competentis fuerit vindicetur. Dat. Kalen.  
Nou. Treuer. Constantino A. IIII. & Licinio IIII. Coll.  
2. Idem A. Eubulidæ Vic. Africæ.

Præter solennes & canonicas pensitationes, multa  
à prouincialibus indignissime postulantur ab of-  
ficialibus & scholasticis, non modo in ciuitatibus  
singulis, sed etiam mansionibus, dum ipsi & anima-  
libus eorundem alimoniz sine pretio ministrantur.  
Prouinciales itaque cuncti iudices tueantur, nec in-  
iurias multas transire permittant. Datum. IIII. Kal.  
Iul. Leonio & Saluatio Coll.

3. imp. Arcadius & Honorius AA. Pom-  
peiano Procon. Africæ.

Quotiens compulsor arguitur in depraedatione  
conuictus, etiam non consulta clementia no-  
stra poenam subeat legibus competentem. Dat. prid.  
Kalend. Ian. Med. Stilichone & Aureliano Coll.

4. imp. Honorius & Theodosius AA. Adriano PP.

Vriabilibus & nauiculariis, omnibusque corpori-  
bus ita subueniri volumus, vt nihil apparitori-  
bus vnuerforum iudicium liceat, quod ad prædam  
prouincialium pertinet.

DE PRIMIPILLO,  
TIT. LXIII.

1. imp. Valerianus & Gallienus AA. Domitio.

Commoda primipilatus post administrationem in-  
cipiunt deberi. & si is qui ea percipere debuit,  
prius rebus humanis eximatur, hereditibus petitio sal-  
ua sit.

2. imp. Dioclet. & Maxim. AA. Alexandro.

Oblentu nominis primipili, ciuiles actiones ad a-  
lios iudices transferendæ non sunt.

3. Idem AA. Domno.

Vtilitas publica præferenda est priuatorum con-  
tractibus, & ideo si constiterit fisco fauissimum  
esse ob causam primipili, poteris obligatam tibi  
possessionem dotis titulo petere, vt satis dori fieri pos-  
sit.

CODICIS DOMINI IVSTINIA-  
NI SACRATISSIMI PRINCIPIS

ex repetita prælexione,

FINIS.

4. Idem AA. Dionysio.

Quoniam ex sola primipili causa liberos, etiam si pa-  
tribus heredes non existant, teneri diuus Aue-  
liam. sanxerit si neque successisset patri vlt. o, nec  
quicquam ex bonis eius tenuerit: consequens est à pa-  
tribus creditoribus vos non conueniri.

PUBLICÆ LÆTITIÆ VEL CON-  
sulium nunciatores, vel insinuatōres constitutio-  
num, & aliarum sacrarum vel iudicialium litera-  
rum, ex descriptione, vel ab iniuris ne quid acci-  
pant immo licium,  
TIT. LXIII.

1. imp. Grat. Valent. & Theod. AAA. Floro P.P.

Quicquid nostrorum vnquam nuntari coepit  
prosperorum, vt bella si desinunt, si ornatur  
victoriz fastus, si honor datus fuerit regalium, vel  
consulium vel traherum, compositæ pacis erit  
offerenda tranquillitas, si sacres vultus inhiantibus  
forte populis inferimus, hoc sine immo-  
dico pretio nunciari excipit sanctissimum esse iube-  
mus castissimum: indigentibus non numerariis esse  
præbenam: indices statim esse sollicito, ne turpi  
colludio quærat ex miseris pretium g uiorum.  
Quod si id sacrilega fuerit dissimulatione viola-  
tum, & accipientem pudoris fortunarumque maue-  
bit excidium, & cogentem par æna multabit, & of-  
ficiam utingit a librarum auti vexatione quaerit.  
Dat. IIII. Non Feb. CP. Merobande II. & Saturnino  
Coll.

Constitutio vult singulas prouincias insinuatori-  
bus sacrarum literarum vel generalium Consti-  
tutionum vel publicorum commoitoriorum vel tra-  
ctarum sex dumtaxat solidos dari, & ab eo qui am-  
plius acceperit, quadruplum reddi, hoc inhi-  
bit præfide ex Episcopo & prouincialibus ciuitatis, omni-  
que tam ciuili quam fiscali administratione, nisi velt Ep-  
iscopus in principis indignatione incurrere. Præfide  
bonis & dignitate & ciuitate multari. Curet autem  
officiam nec descriptionem fieri ex iis causis vltra  
sex aureos, nec ab iniuris, & ab accipiente quadru-  
plum inferri. At cum ciues seipfos volumi describere  
operis publici vel frumenti coemendi causa, &  
hoc sibi concedi à principe petunt. nihil oportet læ-  
di ex hac causa, ne sacerdotum indignationem ean-  
dem incurant, præfides digitatem amittant & publi-  
centur: officium in corpus torqueatur, nisi principi  
demonstrant, quicquid contra hanc constitutionem fac-  
rit admissum, nosse enim descripi resistere descri-  
bentibus: vel si nequeant resistere, licet eis inuoca-  
re præfidem, & deferri principi. Sed non oportet par-  
tes ciuitatum vel sinotas vel susceptores ex reditibus  
quos habent in manu, quidquam præbere, sed eor-  
um quantitatem destinare necessitati seruare de-  
bet. Quod si præfides violarit, de suo eos reditus imple-  
bit. Fisci enim & ciuiles res immittunt seruare  
necesse est.



IN NOMINE DOMINI DEI

NOSTRI IESV CHRISTI, INCI-  
PIT LIBER CONSTITVTIONVM

Nouellarum DN. Iustiniæ sacra-  
tissimi principis perpetui  
Augusti.

COLLATIO I.

DE HÆREDIBVS ET FALCIDIA,

TITVLVS I.

NOVELLA CONSTITVT.

PRIMA.

Imperator Iustinianus Augustus Ioanni gloriosissimo  
sacrarum per Orientem prætoriorum præficio,  
iterum ex consule & patricio.

PREFATIO.



Occupatis nobis circa totius  
reipublice curas, & paruum  
nihil eligentibus cogitare,  
sed quatenus Perse quidem  
conquiescant, Vandali verò  
cum Mauris obediunt, &  
Carchedonij antiquam re-  
cipientes habeant libertate,  
Tzani autem nunc primùm  
sub Romanorum facti republica, inter subiectos ha-  
beantur: quod nondum hæcenus, nisi sub imperio  
nostro, & dicit Romanis Deus) incurrunt etiã propriæ  
solicitudines à nostris subiectis semper natiã: qua-  
tam quidem singulis damus competentem formam.  
Quæcũque verò frequetã quidem potuitur per par-  
tes auxilio, possibilia tamen sunt scripta lege, vt cõ-  
munem omnibus præsent (in quibus opus habent)  
vilitatem: hæc oportere putauimus & lege sancire,  
& trahere subiectis per se iuuantia, & nõ semper iul-  
sione imperatorij egentia. ¶ Semper igitur no-  
bis importuni sunt, alij quidem nos pro legatis reli-  
gis nõ tamen præfide adeunt: alij verò pro liber-  
tatis: alij ob aliud quiddã: quod transmittentes qui-  
dem hereditates dari quibusdã aut fieri constitu-  
runt: in leuote autem & res adeunt, & eas percipiunt:  
& quod est iustum, non faciunt: cum vtique etiam à  
veteribus legislatoribus dictũ sit, cõpetentes deficiẽ-  
tium dispositiones, quæcũque non repugnant legi-  
bus, omnibus modis impleri. Sed quoniã ita postas  
leges iam plerumque negligas inuenimus: reparare  
eas iudicauimus oportere: & tam viuẽtibus præbere  
ex eis cautels, quã morientibus, hinc exhibere ho-  
norẽ. ¶ Primũ itaque illud est cogitandum, quia

testantibus aliis quidẽ necessitatẽ imponit lex distri-  
buere quandã partẽ personis quibusdã, tãquam hoc  
secundum ipsam naturã eis debeat, quale est filiis  
& nepotibus, & paribus atq; maribus: interdũ verò  
etiã fratribus, & si quam huiusmodi personã, aut in  
iis quib; ex nobis sunt, aut ex quibus nos sumus, em-  
merauerunt leges. Aliis autẽ nulla cõstitit necessitas  
partẽ dare quãlibet propriẽ substantiæ: sed sua potestas  
eis largitur, ad quoscũq; testator voluerit, p̄oferẽda.  
Si heres legata solvere uoluerit.

CAPVT I.

Hic igitur à nobis præordinatis, sancimus eos qui  
hab aliquibus scripti sunt heredes, aut meruerit  
fideicommissa, per vniuersitatẽ sortas, aut per speciẽs,  
aut legatum: necessitatẽ habere quæcũq; testator &  
honorans eos, disposuerit, omnimodo ea cõplere, si  
quod præcipitur, legitimum sit, aut si non illud aliqua  
lex prohibeat, vel si non fiat ab eo qui honoratus est,  
tamen ratũ esse expressẽ iam demonstrat. ¶ Si quis  
autẽ non implens quod dispositũ: sed dum cõpetat cã  
qui honoratus est, quod relictum est, etiã ex decreto  
iudicis admonitus, anã totum proraxerit, nõ agens  
hæc quod præceptum est, si quidem aliquis illorum  
fuerit, qui necessario ex lege præcipiunt, in plus au-  
tem quã quod lex ei dare vult, scriptus est heres:  
tantum accipiat solum, quantum lex ei dari secũdum  
quartam ab intestato partem concedit: aliud verò  
totum auferri. Et si quidem etiam alij quidam scri-  
pti sunt heredes: accrescere illis secundum partem  
institutionis quæ vnicuique distributa est. Si verò  
nullus alter sit heres: aut sint quidem scripti qui-  
dam, non autem adeant hereditatem: tunc quod au-  
feratur, adiciatur aliis rebus: & licentia præbeat &  
legatariis, & fideicommissariis, & seruis libertate,  
honoratis, adire, & hæc acquirere: ita vt omnibus  
modis quod præceptum est, per testatorem im-  
pleatur: cautione videlicet prius ab eis facta, secũ-  
dum quod personarum vel rerum receperit modus:  
quia res accipientes, agunt in eis quæ recte vo-

luerunt testatores. Si vero nullus horum, de quibus testamento memoria facta est, veluerit adire: hoc est, coheres, aut legatarius, aut fideicommissarius, aut seruus libertate honoratus: tunc ad alios quos lex ab intestato vocat, post eum quidem qui scriptus est, & legitima per hanc legem parte exclusus, deferri res: & similiter praebentes cautionem, quia complent, quae testamento continentur. Inordinatum vero nihil neque confusum nec in his fieri volumus: sed primus secundum ordinem vocatus, post eum qui iam exclusus est a lege nostra, ita vocatur prior: deinde qui post illum est: ita de cetero, donec ultimus reliquus locum faciat etiam alicui exterius venientium, & adire, & quae relicta sunt implere: post quos etiam fideum, si voluerit, ponimus. Et in legatariis & fideicommissariis hunc esse volumus ordinem, ut datur licentia additionis priori per vniuersitatem fide commissario: aut, multis existentibus, maiorem partem habenti: quoniam & in similitudinem heredis consistit: & maxime apud nos, qui Trebelliano soli dogmati dedimus in talibus fideicommissis locum: Pegasiani circuitione odio habentes, & expellentes. Si vero aut non fuerit quisquam per vniuersitatem honoratus: aut fuerit, sed noluerit agere quod iustum est: ad eos qui maioribus propriis legatis aut fideicommissis honorati sunt, huiusmodi venire fiduciam: sic quoque seruis dari tempus qui libertate honorati sunt, & adire, & liberis tantum esse, & res percipere, & complere quae iusta sunt, cum praedicta dudum cautione. Si vero nulla fuerit legatario: & inchoante quidem a substitutis legatariis: terminante vero in fisco. Et nullus hanc legem duram habeat, tanquam relicta priuatus, sed considerans quia omnibus hominibus terminus vitae est mors: & non solum ab aliis ipse se percipere contempletur, sed cogi et quia & ipse aliis moriens imperabit: si non huius legis mereatur auxilium, nihil horum quae cum omni studio disposuerat, ad effectum perducet. Non enim iis qui sub nobis, neque qui nunc solum sunt hominibus, sed omni etiam post hoc currenti temporis legem ponimus.

De lege Falcidia

CAP. II.

Hinc nobis ingressa est cura & quaedam consideratio Falcidiae legis, quae etiam inuitis testatoribus, si expendantur res, per legata, praebet etiam retinere heredes quantum eis impleat quartam substantiae. Et hic enim repugnare quidam videntur voluntati deficientis, & incumbere legi talia permitteat. Sancimus igitur (quoniam tuenda nobis vbi que est deficientium voluntas) heredes si voluerint hac vtilitate potiri, puram seruae legis potestatem: & non per ea quae forte subscripserint aut maligantur, introducere perentem Falcidiam: cum vti quo si nihil malignati essent, non forte competeret.

Fiat igitur inuentarium ab herede metiente ne forte non habeat post debita & legata Falcidiam, secundum modum & tempora per quae dudum sancimus, quando homines excepimus ex damno rerum suarum, in additionibus stantes onera vti que ad substantiam relictae mensuram: lo adiecto solo, ut oporteat huiusmodi heredem qui non creditorem solum sed etiam legatarios & fideicommissarios veretur, & metuit non damnificari solum, sed letiam non lucrari, conuocare omnes legatarios & fideicommissarios, quantumque in eadem ciuitate sunt constituti, aut quosdam pro eis agentis: si forte personarum, natura, aut dignitas, aut qua-

rit, aut etas, aut quilibet necessitas facultate eis non dat ad inuentarium presentia. Si vero abint ali qui, interesse testes in ipsa ciuitate, fide dignos, & possidentes substantiam, & optime opinionis existentes, non minus tres: (tabularis enim solis, quantum ad hoc coepit, non credimus) coram quibus conuenit fieri inuentarium: ita ut superuenientibus legatariis & querentibus forsitan subreptum aliquid rerum, aut non manifestatum, licentia sit non solum per seruatorum examinatione causam querere, (nam etiam hoc exauimus per prolatam dudum a nobis in seruilibus examinationibus obseruationem) sed etiam per iusurandum. heredis & iusurandum testatum dicentium se & assidue his quae gesta sunt, & vidisse quae tunc agebantur. & in nullo confisos esse facta ab herede malignitatis: sicque in iis quae relicta sunt a testatoribus, inuenire veritatem: nisi forte praesentes legatarij omnes aut quidam constitutione sibi promissa voluerint venire, nec adesse inuentario: tunc enim licentia erit heredi etiam non aduentibus legatariis contenti esse testium praesentia, & facere descriptio: reposito etiam sic legatariis & iusurandum heredis, & seruatorum examinatione. & his omnibus obseruatis habere ex Falcidia praedictum. Sic enim non videbitur neque legem ita haec eius approbatum minuire, neque iniustitiam facere morienti. Si enim omnino quidem sibi vult aliquos fieri heredes, & habere quandam consolationem ex sua successione, & arbitratur sufficientem se habere substantiam, non tamen hoc cause veritas offendit: certum est quia non hae contrarietas est sententiae morientis, sed ignorantiae putitas illius.

Si vero non fecerit inuentarium secundum hanc figuram, sicut praediximus, non retinebit Falcidiam: sed complebit legatarios & fideicommissarios: licet purae substantiae morientis transcedat mensuram legatorum dato. Et hoc dicimus non nostram minuente legem quam posuimus, ut nihil de proprio damnificetur heredes creditoribus: sed dabit eis poenam exactio suae malignitatis, cur transcederit leges ex quibus caute omnia agens, nihil poterat damnificari, sed ex diuerso etiam quae sunt ex Falcidia lege lucrari. Haec autem dicimus: vbi errans testator de sua substantia hoc egit: aut forte cum debuisset etiam ampliore quantitate heredi relinquere, pro minore disposuit. etenim etiam hoc errantis sententiae est & non purae & integre designationis. Si vero expressim designauerit non velle herede retinere Falcidiam: necessarium est testatoris valere sententiam, & aut volente eum parere testatori, forsitan etiam quaedam iuste, & pie relinquenti: lucrum non in percipiendo, sed solummodo pie agendo habent: & non videri sine lucro huiusmodi esse hereditatem: aut si parere noluerit, eum quidem recedere ab huiusmodi iustificatione, locum vero fieri (sicut dudum praediximus) substitutis, & coheredibus, & fideicommissariis, & legatariis, & seruis & iis qui ab intestato sunt, & aliis, secundum prius a nobis inuentam in talibus viam.

De legatorum exauratione

CAP. III.

Non autem dabimus licentiam heredi mensuram substantiae subtiliter agnoscenti, soluere quidem mox ab initio quibusdam integra legata, & ad plenum sententiam testatoris seruare, (quod etiam praecedentium nos dicimus constitutiones) ab aliquibus autem retinere velle: neque ex parte vero eam minuire: sed omnino non errantem circa substantiae quantitatem, sed agnoscentem & mox sequentem sententiam testatoris, per omnia eam sequi, & non ad peiora perititit, neque enim hoc ferit pure se exactis heredi. Sed neque concedimus eis ab ini-

to scientibus quidem, & incaute soluentibus, postea lites percipientibus inferre, & recipere velle ab eis quodcumque conigerit exoluisse eos. Oportet enim ante actionem cogitare, & agere, & non cogitantem recte, deinde transferri ad induccionem: nisi forte iusta quaedam causa hoc introduxerit, inopinabili quodam re alieno apparente, quod minuat substantiam, & locum receptioni faciat.

Ut legata intra annum moris omnibus praestentur.

CAP. IIII.

Ilud quoque prospeximus, ne tempus fiat longum in talibus quaestionibus. Nullam enim talium quaestionum aut litium transcedere anni tempus sancimus: necessitatem imponentes omnino intra annum post additionem & legata solui & quae a testatore sunt relicta, compleri secundum sui naturam, & omnia agi quae cumque prius ediximus. Inuitium autem aucto damus, sicut prius iam diximus, admonitionem ex iudiciali decreto. Anno enim per culpam heredis transacta, tunc ille quidem cadat relictis, alij vero ad hae venient quos prius vocauimus.

Supillis autem & minoribus aetate, nihil nostra praedicta lex. Est enim eis si quidem etiam secundum dictas a nobis causas laedantur, duplex quoddam subsidium: & per restitutiones, & per viam contra negligentes tutores vel curatores. Non autem excipimus a lege neque patronatus successiones. & ibi enim legitima eis seruata parte, quam nos definitimus, quicquid ultra hanc eis relicta fuerit, & aliquid a libertis periti fuerint, illi complere deinde noluerint: hunc ordinem tenere sancimus, quem inchoantes faciam nostram hanc constitutionem diximus, ita ut legalis quidem pars maneat apud eos pura talibus: reliqua vero veniat secundum viam a nobis nunc apertam in talibus: maxime quoniam in ipsa de iure patronatus posita a nobis constituitur, ad similitudinem potest ingenuorum, etiam libertinitates ordinauimus. Quia vero duplex est testamentorum modus, aut in scriptam delatus dispositionem, aut in non scriptam voluntate: hae omnia obtinere similiter, & secundum eam obseruationem, & in non scriptis testamentis, & in omni vltima voluntate sancimus, & in omni vltima, sine priuata, sine militari, sine sacerdotali, sine imperiali, sine aliterius cuiuslibet. Communem namque omnibus hominibus hanc legem ponimus.

EPILOGVS.

Haec nos, ut committere omnibus profint hominibus, scripsimus: quatenus & viuentes relictis patiantur, & deficientes cum securitate moriantur: scientes quia lex etiam sepultis administrabit: & quaeque illi disposuerint, ad effectum ipsa perducet. Quamobrem (quoniam communis hae vtilitas omnibus est hominibus) sunt quidem a tua eminentia hinc praecipua cunctis declarantia legis virtute, dirigantur aures & per prouincias in omnibus gentibus quae dudum fuerunt, & nunc a Deo per nos sunt adiectae principatui Romanorum. Metropolitani vero iudices hae sumentes (sicut dudum sancitum a nobis est) vnicuique dirigant ciuitatem: nullusque manebit non audiens legem, quae neque in paupertate viuere, neque mori in anxietate, permittit. Dat. Kal. Ian. Cons. Flauio Belisario viro clarissimo consule, Indictione decimatertia.

DE NON ELIGENDO SECUNDO habentes mulierum alienatione & iure anagnipialis donationis: de fidei commissionibus earum eius sunt.

NOVELLA CONSTITVTIO II.

Imperator Iustinianus August. Hermogeni glorios. magistro sacrorum officiorum, xca. iul. & patricio.

P R A E F A T I O.

ET ante nos legislatoribus Romanis continuam legislationis occasionem emergentium causarum dabat varietas: & nos omnem partem legislationis ornantes, re: publice: cunctam penè correctionem, aliquando quidem pro egentium interpellationibus, aliquando vero in maiusculis quæstionibus celebravimus: & multas leges hinc subiectis nostris conscripsimus: quale est quod etiam nunc emergens ad hanc nos vocavit legem. I Gregoria enim supplicavit, dicens, habuisse se dudum virum, & duos fecisse filios, masculum & feminam, & exiisse quidem maritum: plurimum vero à filio experta favorem, existimavit oportere, ne relinquere eum sine remuneratione, nec extra competentem honorem dimitteret. Igitur antenuptialem donationem, licet non veniens ad secunda vota, tamen restituit & dedit filio: qui tamen non vivens ei permansit, sed abiit ex hominibus antequam ad secundas venire vellet nuptias mater: & lex tam antiqua quam nostra vocavit ambas & filiam & matrem ad minoris successione. Et si quidem in prioribus mater nuptiis permansisset, nulla quæstio fuerat: sed illa quidem ad virum descendit secundum, vsum fructum qui fuerat omnem habens antenuptialis donationis: (sic enim eam etiam omnem donavit, ut usus quidem apud eam remaneret, proprietatem autem fieret apud filium) omnem vero proprietatem filia percipere minabitur, non secundam, quantum heres erat fratris, sed secundam quantum pater dederat matri, dicens nullam fiduciam habere matrem ad secunda vota migrantem, proprietatem habere donationis quacunque ratione: verum mater nequaquam hoc antenuptialem esse donationem omnino affirmabat, sed permixtam iam rebus filij, & tanquam hereditatis, non adhuc tantum donationis existentis, competere ei sex vnciarum & proprietatem & vsum habere. Et non solum hoc dubitabatur, sed etiam de ipsa hereditate fratris contra eam filia reluctabatur, matre quidem petente eius hereditatem pro media parte, secundum quam eam nos ad hereditatem filij vocavimus vna existente sorore, mortente (verò) filio, cum ea vocata: filia vero obtinere hereditatem fratris, valde fortiter ex prioribus sanctionibus insistente, & dicente quia mater si quidem ad secundas nuptias non venisset, redè vindicaret hereditatem filij: venientem vero ad virum alterum, omnino privari iis quæ ex paterna substantia filius acquisivit: quia si post secundas nuptias filius mortuus esset, vnde cunctaque acquisita esset ei substantia, ipsa esset domina: hæc constitutionibus ambabus volentibus quæ talia decernunt, mater quidem valde crudeliter habere constitutiones illas, & indignas clementia nostrorum temporum affirmabat: veruntamen vna est à nobis posita constitutio, dicens hanc non subditi constitutionibus prioribus, atque matres quidem nondum ad virum secundum venientes, cum filijs vocari: quæ vero secundis copulantur nuptiis, nequaquam hæc autem etiam aliquid adesse peregrinum: se enim in filium largitatem conferentem occasione electionis, rursus de donatione potius recepisse videri, quam sic simpliciter lucrum irrationalabile habere. Hæc nos diu perscrutantes, & omnem talium electionum & hereditatum contemplationem considerantes, oportere credidimus communem super his scribere legem, secundum quam & præsens quæstio suscipit terminum.

C A P. I.

Prospeximus itaque non confusum hoc electionibus indifferenter relinquere, sed humiliter dare ordinem causæ: matre semel ad secundas nuptias veniente, lucrum mox omnium filiorum proprietatem antenuptialis fieri, donationis: & nullam esse licentiam matri alios quidem filiorum eligere, alios autem exhonorare: quoniam omnibus simul secundis nuptiis fecit iniuriam. quapropter & in præsentem proprietatem antenuptialis donationis tota ad filiam veniet: vbi apud matrem donec adveniet, servando, & secundum nostram constitutionem, (si quidem mater præmoriatur) filij tota antenuptialis donatio competet. si vero filia, manet quidem apud matrem lucrum ex pacto non existentium filiorum, reliquum vero erit filij: & mortuus hoc transmittet ad suos heredes qui ex lege vocantur.

De alienatione dotis aut propter nuptias donationis extraneo facta.

C A P. II.

Hoc autem quod sit quidem semper, expressis vero nondum lege determinatum est: hoc ad melius incrementum, & interpositionem danus huic legi, nam si consilio forte, sed alicui extraneo mater adhuc secundas non experta nuptias, parte autem antenuptialis donationis, aut aliquam ex ea, vel totam donet. aut per alium forte alienet modum, deinde ad maritum veniat secundum: palam est quia superuenientibus secundis nuptiis alienatio evacuatur: nec hoc omnibus modis, sed in suspensio & alienatio & evacuatio manet. nam si manserint superstitibus filij, evacuabitur omnino quod factum est: lege, proprietatem antenuptialis donationis ad filios deducente, & non respiciente mulierem si quid egerit in læsionem filiorum. Si vero præmoriatur omnes matris filij, erit contractus firmus non in totum, sed secundum partem non existentium filiorum. quod nos introduximus primis, & statimus super de hoc scribentes legem. Et secundum quandam quidem partem erit contractus firmus, secundum quandam vero infirmus apparebit: hoc est, secundum hoc quidem quod permanet apud matrem occasione pacti filiorum non existentium, valdebit: secundum hoc vero quod transmittitur ad filij successores, infirmus erit: ut si mater sola filio succedens inveniatur, omnis contractus rursus firmus erit. I Quia vero contra binos, pene communes & viri sunt & mulieris: ille quidem in dote ad secundas veniens nuptias perdit. si sustinebit: hæc autem in antenuptiali seu propter nuptias donatione. Et hæc lex in vtraque sit posita persona, hæc & de electione & de alienatione & de lucro sanctis.

De successione si filius in statu mortuus fuerit, & qualiter secundum nuptias ad filiorum hereditatem vocentur.

C A P. III.

Quoniam igitur reliquam, si exigitare de hereditatibus filiorum, pro quo etiam præsens est dubitatio: oportere credimus generali lege & præsentem quæstionem dirimere & determinare, & in futuro modis omnibus dare d. c. i. q. o. e. Et sancimus alias, res post antenuptialem donationem ad filios venientes, si quidem filius masculus, aut femina forte testatur, secundum legem venire ad scriptos heredes: hic matre non prohibita scribi à filio herede. sed etiam contra testamentum ei datis allegationibus, si forte filius eam prætermiserit, aut irrationaliter exheredatam fecerit. Si vero intestatus decesserit, referens illius partes, si quidem habuerit filios proprios, ad filios vocantur. si autem non habuerit quidem filios proprios, et fra-

strorum vocatio & matris vna cum fratribus (secundum quod à nobis sancitum est) ad hereditatem venientis, & eam firmè habentis, siue ad secundas vellet venire nuptias, siue non. Nec enim maioret penas aduersus mulieres quæ ad secundas veniunt nuptias, facimus: neque ex hoc eas ad necessitatem deducimus amaram, & nostrorum temporum indignam, ut metu castarum nuptiarum (licet secundæ sunt) ab his quidem abstineant, & descendant ad quasdam interdittas permixtiones, & forsitan etiam ad servorum corruptiones: & quoniam non licet legaliter casè vivere, contra leges luxurentur. Nequaquam igitur valere volumus, neque in quinto libro Codicis cognominis nostræ pietatis positam constitutionem decernentem de hereditatibus filiorum quos matres ad secundas nuptias venientes viderunt præbeentes, atque in sexto libro eiusdem conscriptionis sub Titulo Tertulliani, quæ de mulieribus disputat secundis quidem nuptiis iunctis, ante secundam tamen copulationem filios amittentibus: sed vocetur ad filij hereditatem. modis omnibus mater cum fratribus, & hanc habeat firmè, nihil ex secundis lædenda nuptiis. quod & in subiecta quæstione quæ legem hanc movit, & obicitur, & mater vna cum filia succedat hereditati: aut etiam succedens hanc irrefragabiliter habeat: nihil ex spe secundarum lædenda nuptiarum, sed domina eiusdem hereditatis cum filia absolute consistens. Optimum itaque est, atque laudabile, & dignum oratione, ut mulieres ita se honestè tractent, quatenus quæ semel ad virum venerunt, remaneant immolatum mortuorum, & huiusmodi mulierem & miramur pariter & laudamus, & non procul à virginitate ponimus. Si autem non vo.uerint, (cùm forsitan & iuvenis hoc non patiantur, ut possit contra ferocem naturæ resistere) non est torquenda propter hoc: nec interdicens sunt ei communes leges, sed ad viri alterius veniat nuptias honestè, & omni luxuria abstineat: & fruat successione filiorum. Sic enim eos adhuc amplius diliget, & non quasi quosdam odibiles respiciet, pennis subdita sit amaris. Sicut enim patres si ad secundas veniant nuptias, non fraudamus filiorum suorum successione, nec quilibet est lex aliquando tale dicens: sic neque matres priuabimus filiorum successione, si matres ad virum veniant secundum, licet ante nuptias secundas aut post secundas filij moriantur. Alioqui ex absurditate legis, licet præmoriatur filij omnes non relinquentes filios aut nepotes, nihilominus supplicium manet: & non succedit eis mater, nec si sine filijs moriantur: sed inhumanè ab eorum expellitur successione, frustra quidem pariens, frustra simul & nutrens, propter legales nuptias subiecta pænis: & succedent quidem illis aliqui ex longa cognatione: mater autem irrationaliter expellitur. Quapropter & ipsa succedat filijs: & sit hæc lex clemens & mitis, matres filijs concilians. Colligentes igitur huius legis partes, sancimus, quoniam matrem (secundum quod iam dudum diximus) assimilamus pari in antenuptiali donatione: & ipsam sustinere quidem penas, sicut sustinet pater dote. In hereditatem autem filiorum sine tergiversatione veniant & pater & mater secundum subiectas vtrique casus quæstiones. Proinde quod patres habent siue ad secundas venientes nuptias, siue non: hoc etiam matres habeant: voceturque mater ad filij hereditatem, siue iam ad secundas venit nuptias, siue postea veniat.

Antenuptiali vero donatione, ad secundum veniens co. sortium, neque secundum quantum heres existet filij, fruatur: sed hoc filiorum sit suum lucrum, eis à lege datum, & non videatur esse pars hereditatis filij, sed adhuc antenuptialis donationis non abiiciens naturam. Quæ competit tenere etiam circa eas quæ nunc iam sunt viduarum mulierum, & præpositis successione filijs: & quæ nondum ad se-

undas veniunt nuptias, licet postea veniant. Quod igitur hic habetur, sic omni tempore sancitur.

De administratione donationis propter nuptias si mulier ad secundas nuptias transierit.

C A P. IIII.

Aliud vero quiddam occasione secundo nubentium mulierum & antenuptialis donationis adicere prioribus bene se habere credimus. Præcis namque constitutionibus, præbeant electionem mulieri quæ ad secunda vota descendit, si vellet accipere ante nuptias donationem, secundum quod ei permittunt pacta & exponere filijs cautionem quia moriens hæc restitueret: siue cum non valet dare cautionem, aut nollet forte, manerent quidem res apud filios antenuptialis donationis, soluerent autem ei etiam tertiam partem celestium vltur: nos ex quæstionum emergentium varietate moti, quoniam inuenimus minores in hoc periculum patientes, antenuptiali donatione in pecuniis existente: & alios aurum quidem non habentes, coactos autem omnia paterna vendere, quatenus exsolueretur antenuptialis donationis debitum, ad eos vtrique secundum legem antenuptiali donatione veniente: propterea iudicavimus oportere hunc dari ordinem causæ, ut si quis contulerit res secundum antenuptialem donationem: si quidem omnes immobilis sint, maneat harum usus apud matrem: & ipsa eum colligat, & non resuatur neque exigat filios pro harum æstimatione vlturas: sed & diligentiam earum habeat, sicut lex iubet vsum quidem existentibus dominis: & custodiat eas secundum leges antiquas filijs superstitibus: aut si omnes moriantur, secundum nostram legem in casum quidem non existentium filiorum, matri reliquum vero filiorum hereditibus conservandum. Si autem omnis forte consistat in pecuniis, aut aliis mobilibus rebus antenuptialis donatio, tertiam vlturarum partem percipientem matrem cum cautione iam definita, non eligere à filijs aurum, nisi forte idonea sit viri substantia, & habeat aurum & argentum & vestem, & quicquid conscriptum fuerit matri. tunc enim electionem matri dabimus, siue voluerit res percipere, & præbere cautionem: sine iustarum quam diximus vlturam accipere & secundum priores leges, & secundum nostram. Si vero permixtae sint res, & donatio ante nuptias aliud quidem in pecuniis, aliud vero in immobilibus habeat rebus: immobilia quidem modis omnibus, manere apud matrem, ut alimentum habeat inde: porro de mobilibus hæc valere quæ sancimus prius, si essent in rebus mobilibus omnia antenuptialis donationis consentientia.

De dote scripta & non numerata vel prestata.

C A P. V.

Illud quoque dudum acerbè quidè sancitum. Karo, laudem in iudicio examinatum, existimamus oportere clara lege complecti, & tradere vlti, & deducere ad iudicia, pro communi positum adiutorio. Si enim coniungantur aliqui alterutris cum dotis & antenuptialis donationis documentis: deinde vir quidem antenuptialem præbeat donationem, mulier autem scribat dotem, aut ipsa præbeant eam, aut dante patre, aut quolibet extraneo: postea appareat matrimonij tempore dos non data marito, sed sustineat onera matrimonij, & matrimonium morte viri solvatur: non est iustum omnino mulierem dotem dantem marito antenuptiale accipere donationem. Si autem etiam non totam dedit dotem: & ipsa pro tanto exigat donationem, & in quantum dederit dotem, & qualitatis eam & iustitiam sumus amatores,

quam in omnibus aliis & in confortiis volumus obincere. Quapropter quæ mulier nil omnino dat, nil omnino percipiat. quæ verò minus quàm profecta est dedit, tantum recipiat solum, quantum obtulit, sitque etiam hoc optimum in præfenti lege incrementum, plurima decernente, quæ semper in dubitatione sunt, vix autem modo ad legislationem deducta. Hanc autem valere volumus legem & in casu dante ei principium, & in pendentibus litibus & in omnibus de cætero provenientibus.

EPILOGVS.

Quæ igitur placuerunt nobis, tua sublimitas operi effectuique contradiere festinet, & manifesta vniuersis per programmata propria faciat, quatenus, in omnibus civitatibus quas nostra ditio continet, hæc valeant, & certa omnibus fiant, secundum quod à nobis dispositum est.

VI DETERMINATVS SIT NVMERVS clericorum sanctissimæ maioris ecclesiæ, & cæterarum ecclesiarum Constantinopolitarum.

TIT. III.

NOVELLA CONSTITVTIO III.

Imper. Iustin. Aug. Epiphano sanctissimæ & beatissimæ Archiepiscopo regie civitatis & universali Patriarcha.

PREFATIO.

Vdum quidem cõmuni & generali lege & ad tuam beatitudinem & ad reliquos sanctissimos patriarchas scripta, de ordinatione venerabilium episcoporum, & reverendissimorum clericorum, nec non mulierum diaconissarum, & ut non amplius sint ab antiqua mensura qui ordinantur, dispositum: quod nobis videbatur bene se & competenter habere, & regularum sacrarum dignè: præfentem verò legem specialem ad tuam beatitudinem scribimus, de numero reverendissimorum clericorum qui in hac urbe sunt, disponentes. Quia enim penè nihil immensum bonum est: competens est neque ordinationes quæ super reverendissimis clericis sunt, aut super reverendissimis diaconissis, fieri tantas, ut illorum expensæ sanctissimæ ecclesiæ incidat in causam multorum maximorum, & paulatim ad novissimam inopiam deponatur. Novimus enim propter huiusmodi occasionem, huius regie civitatis sanctissimam maiorem ecclesiam nostri imperij matrem, debitis inquietari maioribus, & non aliter valentem. scire singulas erogationes reverendissimis clericis, amequam aurum non parvum sumat mutuum, faciens tam hypothecas quàm pignorum dationes in optimis suis prædiis rusticis & suburbanis. Propter hoc igitur perspeximus nosmetipsos deponere ad huiusmodi causæ inquisitionem, & agnoscere quemadmodum prius se habuerit, quidque longitudo temporis adinuenerit. Inuestigantes igitur illud vndique, invenimus quoniam singuli horum qui sanctissimæ ecclesiæ ædificaverunt in hac felicissima civitate: non pro ædificio solummodo cogitaverunt, sed etiam ut expensas sufficientes darent à se factis venerabilibus omnibus: & determinarent quantos quidem competens esset presbyteros per unamquæque ecclesiã, quantosque diaconos masculos atque feminas, & quantos subdiaconos, & rursus cantores, atque lectores & ostiarios constitui: & super hæc etiã oratorij expensas definiturum: & redditus proprios dederunt sufficientes his quæ à se constituta sunt: si quis autem hæc multitudine, nequaquam amplius penitus excedi valentes. Et quidè pe-

manerunt usque ad multum tempus talia conseruatas & donec hoc fuit, durauerunt sanctissimarum ecclesiarum domibus quæ sufficerent. Cui verò Deo amabiles episcopi ad aliquorum preces semper respicientes protraxi sunt ad ordinationum multitudinè: aucta quidè est expensarum quantitas ad imensitatem multã: creditores autè vndique, & vstræ, & nouissimè neque creditores inueniuntur propter incredulitatem ista causæ: sed alienationes cum necessitate, & contra leges, & causæ indecentes, & neque propria dignitate operatio: ut ex hac nimietate, neque prædicia neque suburbana sufficerent hypothecis & pignoribus: neque creditores propter hoc inuenirentur, sed ad inopiã descenderent nonissimã: & nec ipsis ministris emolumentum dare sufficerent: sed ad viã omnium infelicissimã causã descenderet, quantum rerum omnium creditoribus cederet: quod etiã dicere piget nos: & quemadmodum non fiat, prouidemus. Nã si non aliquis ferret libenter eum quæ ultra substantiã suã expendit, quomodo non & de his nobis est cogitandum? Non enim oportet ad mensurã expensarum quærere etiã possessiones, (hoc enim simul ad auaritiã impetatur quæ perducit) sed ex his quæ sunt, expensas metiri. Quapropter competenter etiã de his, sanctimus, & immentitè excludimus, certè medicinæ causam tradentes.

Ut numerus clericorum qui nunc est, maneat, & de futuro numero clericorum Constitutio sollicita maioris ecclesiæ.

CAP. I.

Sancimus igitur eos quidè qui hæcenus sunt in sanctissimã maiore ecclesiã & reliquas omnes venerabiles domos, & reverendissimos clericos, & mulieres diaconissas, & ostiarios manere in quo sunt schemate (non enim quod est, minus, sed de futuro providentes hæc sancimus) reliquos verò tempore nulla fiat ordinatione, donec ad antiquum numerum instituti ab his qui sanctissimas ecclesias ædificauerunt, reuerendissimorum clericorum quantitas redigatur. Sed quoniam pridè eum reverendissimorum clericorum sanctissimæ maioris ecclesiæ regie nostræ civitatis determinatus est numerus, & valde brevis erat: utpote una existente sanctissimã ecclesiã: postea verò & venerabilis domus sanctæ gloriosæque virginis & Dei genitricis Mariæ iuxta sanctissimam maiorem ecclesiã viciniam posita, ædificata est à pie memorie Verina, & veneranda domus sancti martyris Theodori à speratio gloriosæ memorie dedicata est: erat autè etiã venerabilis domus sanctæ Helenæ, quæ sanctissimæ maiori ecclesiæ caputia est: propterea religere numerum ad antiquum figurã impossibile est. Non enim sufficienter tantis ecclesiis paucis contentes: quoniam quidè non propriis clericos, neque una quidè harum trium habeat basilicã, sed communes sunt & sanctissimæ maioris ecclesiæ, & earum: & omnes circueuntes secundum quandã ordinè & circũ ministeria in eis celebrant: deinde etiã plurima multitudine, & ex antiquis hæreticis ad sanctissimã maiorem ecclesiã deducta, gratia quidè magni Dei & saluatoris nostri Iesu Christi, laboribus autè & immutationibus nostris oporteat plures quam à principio ad præfens officij ministeriũ definiti.

Quapropter sancimus non ultra sexaginta quidè presbyteros in sanctissimã maiore ecclesiã esse, diaconos autè masculos centum, & quadraginta feminas, subdiaconos verò nonaginta, lectores autè centum & decem, cantores viginti quinque: ita ut sit omnium numerus reuerendissimorum clericorum sanctissimæ maioris ecclesiæ in quadringentis viginti quinque: & insuper centum existentibus his qui vocantur ostiarij: in sanctissimã si quidè maiori ecclesiã huius sanctissimæ nostræ civitatis, & per tres venerabiles

biles domos vnitatis ei, tanta clericorum sit multitudo: nullo quidem horum qui nunc sunt, excludendo: licet multo plurium sit numerus ab his qui à nobis nunc determinati sunt: nullo autem de cætero adiciendo in vnoquoque ordine in his qui nunc sunt: donec ad hunc numerum mensura redigatur.

Ne liceat clericis de matre ecclesiæ in maiorem per patrociniũ transire.

CAP. II.

Quid quoque adiciendum est, ut quod hæcenus indecenter fiebat, nequaquam in republica geratur, id est in illis reuerendissimorum clericorum designari quidem in his quibus ordinati sunt sanctissimis ecclesiis aut hic, aut in prouinciis deservire: ad sanctissimam vero matrem ecclesiã & venerabilem eius matrem per patrociniũ quodlibet accedere: quod de cætero omnimodo fieri prohibemus. nam si super venerabilibus monasteriis prohibemus ex alio monasterio ad aliud transmigrare: multo magis neque reuerendissimis clericis hoc permittemus. licet & negotiationis habere demonstrationem huiusmodi horum desiderium iudicantes. si verò & aliquando talem quandã migrationem tua beatitudo aut per tempora imperium fieri perspexerit non aliter hoc agi, antequam ad prædictum à nobis numerum causa redigatur, ut migratio in officium deficientis fiat: & non supra numerum aliquid omnino excedatur. hoc enim nulla machinatione, neque ex aliquo modo fieri sinimus. Et hæc quidem de sanctissimã maiore ecclesiã. In aliis autè omnibus ecclesiis, quarum expensas sanctissimã maior ecclesiã facit, sancimus nunc quidè existentibus manere similiter eos etiam sub schemate: de cætero vero nullum ordinari, antequam ad statutum vniuersi quæque ecclesiæ (ut vocant) quod antiquum ordinatum est ab ædificatoribus ecclesiarum, presbyterorum, diaconorum masculorum atque feminarum, subdiaconorum, atque lectorum, nec non cantorum & ostiariorum numerum redigatur, & nullus, in medio penitus adiciatur. Nòque ipsi caueamus tale aliquid agere: & ordinandos mittere: nullumque nostrorum iudicium tale aliquid agat, nostram formidans legem: & licentia sit beatissimo archiepiscopo & patriarchæ huius regie civitatis ordinationi contradicere, licet iussio de palatio veniat. nam & qui præcipit, & qui præcipitur, sub ecclesiastica erunt multa si tale aliquid egerint. Sed neque in aliis ecclesiis quæcumque emolumentum & expensas non habent à sanctissimã maiore ecclesiã, competens est multitudinè intrinsece ordinandorum in ipsis neque transcendere de cætero constitutam à principio etiam super illis mensurã: ne forsitan etiã qui in eas creantur in multitudinem incidentes imensam, & accedentes sibi met à pie agentibus redditus diuidentes, & exinde usque ad mensuram eorum non sufficere videntur, in maximã angustiam incidat. Si verò ultra mensuram definitam in sanctissimã maiore ecclesiã siue alia ecclesiã ordinet qui per tempora fuerit sanctissimæ maioris ecclesiæ sanctissimus episcopus, & venerabilis eiusdem ecclesiæ economi erogationem ex ecclesiasticis præbuerint redditibus: ipsi quoque de sua & propria facultate præbeant expensam, & qui hæc expendere eos permiserit beatissimus patriarcha. Sciant enim, quia si quid tale egerint, licentiam damus & sanctissimi patriarchæ qui post tale aliquid agentes fuerint, & posterioribus economis, & omnibus reliquis reuerendissimis clericis talia persequari, & facta prohibere, & indicare imperio: ut illud cognoscens, præcipiat ex substantia hæc agentium economorum, aut etiam permittentis archiepiscopi hoc sacris sanctissimæ ecclesiæ. Quapropter ne rursus forte fiat aliqua rei cõsuetudo atque tumultus: causa ad nos

suram à principio constitutam redacta, tunc ordinare liceat: in tantum ut non transcendatur definita mensura, neque numerus transeat aut fiat quædam circa hoc calliditas. Non enim illud patitur omnino fieri, ut dicatur quia licentia erit ordinare quidem, non tamen emolumenta præbere. hoc enim est rursus confusionem efficientiũ, & imensã adiectione secunda collegia constituentium, deinde etiam plurimas habebit ea res circumventiones, ut alias sibi met via avaritiæ inueniant pro alimentorum expensis. Et hoc igitur agi penitus, etiam sub multa quæ vocatur ecclesiastica, prohibemus: maxiam utilitatem hanc esse putantes, ut sanctissimã maior ecclesiã neque debitis subiciatur, neque angustietur, acque perpetuo deficiat, sed semper abundet.

De reliquis ecclesiis redditibus in pios usus & personas vtrè egerent per patriarchas & economos erogandis.

CAP. III.

Sicut autem de his expensam determinauimus, ita congruet pro tempore sanctissimum patriarcham & reuerendissimos economos considerare ut aliz expensæ quæ sunt ex ecclesiasticis redditibus, circa pios erogentur usus, & Deo placentes: & illis hæc ministrentur, qui pro veritate egerint, & non habent aliunde alimentorum occasionem. Hoc enim dominum Deum placat: & non patrociniis & studiis hominum ecclesiasticas expensas hominibus locupletibus distribuant. ita ut inde inopes necessaria non mereantur. Sciunt autè Deo amabiles economi, & qui nunc, & per tempora futuri sunt: quia si quid præter hæc egerint: & diuinis supplicis subicebunt: & ex sua substantia indemnitate sanctissimæ procurabunt ecclesiæ.

EPILOGVS.

Beatitudinem igitur tuã quæ ab initio & ex infantili pæne ætate in sacro omni ordine & schemate sanctissimã ordinasti ecclesiã, quæ & ex sacro vtrique genere descendit, hæc custodire continè sancimus: scientè quia non minor nobis cura est horum quæ sanctissimis ecclesiis profunt, quàm ipsius animæ. Datum decimo septimo Kalend. Aprilis Domino Hilario viro clarissimo Consulè.

DE FIDEIUSSORIBVS ET MANDATORIBVS, SPONSORIBVS, & SOLUTIONIBVS, TIT. IIIII. NOVELLA CONSTITVTIO IIIII. Imper. Iustin. August. Ioanni glorios. præfati. sacrorum præf.

PREFATIO.

Legem antiquã, postquam quidè olim, vsu verò necessimus quemadmodum non approbatã, per causas autè semper exquisitas atque necessarias apparentes, rursus reuocare, & ad republicam reducere, bene se habere putauimus: non simpliciter eã sicut iniebat, ponentes: (erat enim quædam eius pars omnino non discreta) sed cum competenti & Deo placito distribuentes augmento.

Ut creditores primo loco contentians principalem.

CAP. I.

Si quis igitur crediderit, & fideiussorem an-mandatozem aut sponsozem acceperit: is non primum aduersus mandatozem, aut fideiussorem, aut sponsozem accedat: neque negligens, debitoris intercessoribus molestus sit: sed veniat pri-mum ad eum qui aurum accepit, debitumque con-traxit: & si quidem inde receperit, ab aliis ab-

neat. quid enim ei in extraneis erit? a debitore comp-  
 leto? Si vero non valuerit a debitore recipere aut  
 in partem, aut in totum, secundum quod ab eo non  
 potuerit recipere, secundum hoc ad fideiussorem, aut  
 sponsores, aut mandatores veniat, & ab illo quod  
 reliquum est, sumat. & si quidem presentes ei confi-  
 stant ambo, & principalis, & intercessor aut manda-  
 tor aut sponsores hoc omni seruetur modo. Si vero  
 intercessor, aut mandator, aut qui sponsores se sub-  
 iecerit, adfit: principalem vero abesse contigerit: ac-  
 ceptum est, creditorem mittere aliud, cum possit  
 mox intercessorem, aut mandatores aut sponsores  
 exigere. Sed & hoc quidem curandum est a nobis  
 possibili modo. non enim erat quoddam hic anti-  
 quae legi datum pro sanatione remedium: quamuis  
 Papinianus maximus fuerit, qui hoc primus in-  
 troduxit. probet igitur intercessorem, aut sponso-  
 rem, aut mandator: em: & causae praesidens iudex det  
 tempus intercessori (idem est dicere, sponsores &  
 mandatori) volenti principalem deducere: quatenus  
 ille prius sustineat conventionem: & si ipse in vi-  
 zium subsidium seruetur: sitque solatio intercessori,  
 aut sponsores, & mandatori in hoc quoque iudex.  
 fideiussoribus enim & talibus prodesse sanctum est,  
 ut illo deducto, interim conventionem liberentur qui  
 pro eo in molestia fuerunt. Si vero tempus in hoc  
 indultum exceperit (conuenit namque, etiam tem-  
 pus desinere indicantem) tunc fideiussor aut manda-  
 tor, aut sponsores exequatur litem, & debitum exigat  
 contra eum pro quo fideiussit, aut pro quo ma-  
 datum scripsit, aut sponsores suscipit: a creditoribus  
 actionibus sibi cessis.

*Alterum themis prioris capituli. Ut res apud alium  
 constituta non possint vindicari priusquam  
 personalis actio exercitata.*

CAP. II.

Sed neque ad res debitorum quae ab aliis detine-  
 tur, veniat prius, antequam transeat viam super  
 personalibus contra mandatores, & fideiussores, &  
 sponsores: sique ad res veniens principalis debitoris,  
 siue ab alio detineatur, & detinentes eas conue-  
 niens, si neque inde habuerit satisfactionem, tunc  
 veniat adversus res fideiussorum, & mandatorum, &  
 sponsores: (idem enim est dicere) vel si quosdam  
 habuerint homines ipsi sibi obligatos, & qui  
 hypothecariis actionibus sibi teneri possint. Contra  
 principales tamen & existentes apud eos res siue  
 personalibus siue hypothecariis, mox siue ambabus  
 vii voluerit: omnem ei damus licentiam quae du-  
 dum a nobis data est, & viam & ordinem in aliis  
 personis casibusque sanctam. Et non solum hoc in  
 creditoribus dicimus: sed etiam si quis emerit ali-  
 quid ab aliquo, deinde acceperit eum quem vocant  
 confirmatorem, & moueatur in aliquo venditionis  
 conventio contra venditorem facta: non adversus  
 confirmatorem mox emptor accedat, neque tenen-  
 tem aliquid rerum venditoris, sed adversus vendito-  
 rem prius, & sic ad confirmatorem, & tertio loco  
 contra detentorem: eadem etiam hic existente diui-  
 sione super praesentibus & absentibus, quam dudum  
 in fideiussoribus & mandatoribus & sponsores ac  
 creditoribus causa debitorum sancimus: similiter  
 obtinente etiam in aliis contractibus in quibus fidei-  
 ussores aliqui, aut mandatores, aut sponsores acci-  
 piuntur: & in ipsis principalibus ex utroque latere, &  
 in hereditibus eorum, & successoribus, antequam si qui-  
 dem lex haec valeat rursus, & cum huiusmodi iusti-  
 tiis: atque diuisione nostros subiectos foueat.

*De sponsores. Ut debitore apud aut pecuniam  
 numerat. prius non habente, addicatur  
 creditor res eius.*

CAP. III.

Quod autem de cetero humanis auxiliariis cu-  
 ris: licet quibusdam creditoribus non forte sit  
 gratum, a nobis tamen propter clementiam sancitur.  
 Si quis enim mutauerit aurum, debitoris substi-  
 tutus credens: at ille ad restitutionem auri non sit ido-  
 neus, substantiam autem immobilem habeat, verum  
 creditor ardeat aurum omnimodo querens: illi ve-  
 ro non sit facile, neque vlla mobilis substantia: (da-  
 mus enim creditori licentiam volenti immobiles  
 res accipere pro auro) sed si nec quisquam emptor  
 immobilium eius rerum adfit, creditore frequentate  
 etiam diuulgante quoniam si biant debitoris res,  
 & ob hoc terrente adire volentes emptorem: tunc  
 in hac quidem felicissima ciuitate gloriosissimae  
 nostrae republice Iudices secundum vicinque con-  
 cessam a lege & a nobis iustitiam in provinciis  
 autem gentium praesides praeparant subtili xrima-  
 tione facta rerum debitoris, dari secundum quanti-  
 tatem debiti possessionem immobilem creditoribus  
 cum tali cautela, cum qua debitor dare possit.  
 Rerum vero datio sit huiusmodi: quae cumque quid-  
 dem meliora sunt, dentur creditoribus: quae vero dete-  
 riora, apud debitorem post debiti solutionem ma-  
 nere sinantur. etenim non erit iustum, danam qui-  
 dem aurum, recipere autem aurum non valentem,  
 sed coactum suscipere possessionem immobilem,  
 non saltem meliora rerum debitoris percipere: &  
 per hoc habere consolationem, quia si aurum non  
 recipit, aut alia rerum quae portari possunt, tamen  
 licet ei possessionem non inutilem habere. sed hoc  
 quidem clementia quadam clara legis. Agnoscat  
 autem creditores, quia etsi hanc non scripsimus  
 legem, necessitatis ratio ad hoc causam perduceret.  
 Si enim non sit idoneus pecuniarum debitor, nec vi-  
 lus emptor sit: nihil aliud facturus erat quam pro-  
 priis bonis cedere, & rursus res ad creditorem me-  
 rito venientes, aurum percipere non valentem. quam-  
 obrem quod cum iniuria & effectu acerbo perduce-  
 ret creditorem & debitorem: hoc nos clementer si-  
 mul & legaliter decedentes, & infelicibus debitoribus  
 auxiliamur, & acerbis creditoribus non appare-  
 bimus duri, causam eis deputantes: ad quam si per-  
 manerent inobedientes, tamen modis omnibus ad-  
 uenirent. Si itaque creditor paratus est praeparato  
 quendam emptorem: necessitatem habere debito-  
 rem hoc agere, praesentem huiusmodi cautionem  
 arbitrio iudicantis, quale omnimodo est dare pos-  
 sibile. vndeque enim ita creditoribus prouidendum  
 est, ut non debitoribus grauentur. ¶ Et absolute  
 creditorem ponimus, antiquitas sequentes leges,  
 omnem qui actionem habere contra aliquem po-  
 test, licet non sit mutuum gestum, sed alter quidem  
 contractus consistat: argentiarium quippe sponso-  
 ribus propter utilitatem contrahentium in ordine  
 moderno durantiibus.

EPILOGVS.

¶ Quae igitur a nobis pro cautela subiecto-  
 rum sancita sunt, cognoscens tua eminentia, solem-  
 nibus programmatibus & hic & in omni ditione  
 fieri manifesta procurat: ut etiam inter gentes ag-  
 noscant subiecti, quanta fuerit nobis pro illorum  
 utilitate prouidentia. Dat. ante diem xv. i. Kalend. J.  
 April. Indi. x. i. i. Consulatu Flauij Bilisarij v.  
 Clariss.

DE MONACHIS,  
TIT. V.

NOVELLA CONST. II. V.

*Imp. Iustin. Aug. Epiphano sanctissimo & beatis-  
 simo Regis urbis felicissime archiepiscopo  
 & universali patriarchae.*

PRAEFATIO.

Conuersationis monachalis vita sic est ho-  
 nesta, sic commutare nouit Deo ad hoc ve-  
 niente.

nientem hominem, ut omnem quidem humanam  
 eius maculam detergat, purum autem declaret, ac  
 rationabili naturae decorem, & plurimam secundum  
 meatem operantem, & humanis cogitationibus celsi-  
 orem. Si quis igitur futurus est monachus perfe-  
 ctus, indiget & diuinorum eloquiorum eruditione  
 & conuersationis integritate, ut tanta dignus factus  
 sit mutatio. Credimus igitur & nos explanare  
 quod agendum ab eis, & decetatores eos veros ad  
 sacram viam constitutere: & ita nobis intentio pre-  
 sentis est legis, ut post illa quae de sanctissimis epis-  
 copis sancimus, & quae de reuerendis clericis  
 dispositum: neque quod monachicum, extra quod  
 competuit, relinquamus.

*De monasteriis & eorum adificatione.*

CAPVT I.

Illud igitur ante alia dicendum est, ut omni tem-  
 pore & in omni terra si quis edificare venerabile  
 monasterium voluerit: non prius licentiam esse hoc  
 agendi, quam Deo amabilem, locorum episcopum  
 aduocet. at ille manus extendat ad caelum, & per o-  
 rationem locum consecret Deo, signans in eo salutis  
 nostrae signum: (dicimus autem adorandum & hono-  
 randum vere crucem) sique inchoet edificium:  
 bonum vique quoddam hoc & decens fundamen-  
 tum ponens. Hoc itaque principium pie venerabi-  
 lium monasteriorum fabricae fiat.

*De monachis inuicem profitentibus non sa-  
 tum videntibus.*

CAPVT II.

Hinc autem nobis etiam de singulis monachis  
 cogitandum est, quo conueniat fieri modo: &  
 vtrum liberos solum, an etiam forte seruos: eo quod  
 omnes similiter diuina susceperit gratia, praedicans  
 palam, quia quantum ad Dei cultum non est masculus  
 neque femina, neque liber, neque seruus: omnes  
 enim in Christo vnam mercem percipere. Sancti-  
 mus ergo, sacras sequentes regulas, eos qui singula-  
 rem conuersationem profitemur, non prompte mox  
 a reuerendis praesulis venerabilium mona-  
 steriorum habitum percipere monachalem: sed per  
 triennium totum (siue liberi forte sint, siue serui) to-  
 lerare, non dum monachicum habitum promeren-  
 tes: sed tonsura, & veste eorum qui laici vocantur,  
 vii, & manere diuina addiscentes: eloquia: & reue-  
 rendissimos eorum abbates requirere eos siue liberi  
 sint, siue serui, & vnde eis desiderium vitae singularis  
 accesserit: & discutes ab eis quia nulla maligna oc-  
 casio ad hoc eos adduxit, habere eos inter eos qui  
 adhuc docentur, atque mouentur: & experimento  
 percipere eorum tolerantiam & honestatem, non e-  
 nim facilis est vitae mutatio, sed cum animis sit labo-  
 re. ¶ Et dum triennio toto ita permanerint,  
 optimos semetipsos & tolerabiles aliis monachis &  
 praesulis demonstrantes, hos monachicam promereri  
 vestem atque tonsuram: & siue liberi sint, siue ca-  
 lumnia permanere: siue serui, penitus non inquietari,  
 migrautes ad communem omnium (dicimus autem  
 celestem) dominum: & arripiantur in libertatem.  
 Nam si multis casibus etiam ex lege hoc sit, &  
 talis quaedam libertas datur quomodo non praena-  
 lbit diuina gratia talibus eos absolute vinculis: Si  
 vero intra triennium venerit quisquam, & aliquem  
 horum qui conuersationem professi sunt, trahere  
 tanquam seruum voluerit: hoc quod nobis nuper ex  
 Lycia nunciavit Zosimus Deo amabilis, vir famosis-  
 simus in conuersatione, & prope vicissimum & cen-  
 tessimum aetatis aegens annuum, pollens autem & ani-  
 mi virtutibus, & corporis operationibus, tanta quae-  
 dam in eo gratia Dei floret. Si quis igitur, (sicut pre-  
 diximus) intra triennium veniat aliquem in seruutu-  
 tem trahens volentium & perdurantium, vii seruetur

monachi, & dicat quoniam abripuit quasdam res, &  
 propterea recurrit ad monasterium: sancimus eum  
 non prompte agere, sed primo probare pro veritate  
 quia seruus est, & pro furto forsitan, aut vita mali-  
 gna, aut vitii pessimis fugerit quidem propter suum  
 vitium, ad monasterium autem venerit. & si qui-  
 dem verax ostendatur, & apparuerit propter eius-  
 modi causam monachicam simulans conuersatio-  
 nem, aut propter turpitudinem vitae forte diffugiens,  
 & non pro veritate sanctimoniae habitum concu-  
 piscens, hunc reddi domino cum quibus forsitan ab-  
 ripuit, si tamen haec res etiam in monasterio fuerint.  
 etiam vero qui dominus approbatur, dare ei iustu-  
 randum, quia nihil mali ei faciet, & suscipere atque  
 eum reducere domum. Si vero is quidem qui di-  
 cit se esse dominum, nihil tale probauerit, & appa-  
 reat is qui in talibus accusatur, ex ipsa conuersatio-  
 ne honestus ac mitis, & forsitan testimonium habeat  
 aliorum, quod etiam apud dominum consistens dis-  
 ciplinatus fuerit, & honestatis amator: & si nondum  
 forte completum est triennij tempus, tamen etiam  
 sic maneat in venerabili monasterio, trahentium a-  
 speritate liberatus. Triennij vero semel expleto tem-  
 pore, iudicatus quia monastica dignus est honestate,  
 maneat in monasterio. Nequaquam enim da-  
 mus licentiam, vlli penitus pericrurari quae eius  
 sunt: sed siue liber, siue seruus sit, manere cum  
 in conuersatione volumus, nam est vitium in priori  
 ab eo forte gestum est vita, (humana enim natura  
 quodammodo labitur ad delicta) tamen sufficit ad  
 mediocre purgationem peccatorum, & ad virtu-  
 tis augmentum, triennalis temporis testimonium.  
 ea vero quae rapta sunt, etiam si apud quoscumque  
 inueniantur, modis omnibus reddantur prisco do-  
 mino. Si vero seruitij necessitatem effugiens, ten-  
 tauerit monasterium, quidem derelinquere, aliam  
 autem vitae sectari figuram: licentiam damus domi-  
 no & trahere eum: & prohiberi fortunam, inter ser-  
 uos habere. non enim iniuriam patitur tantam  
 ad verum seruitium trahitur, quantum ipse iniuria-  
 tus est Dei cultum refugiens. & haec quidem de  
 fortuna horum qui inter monachos profiteri vo-  
 lunt, sancimus.

*De monachis communiter habitantibus &  
 dormiant.*

CAPVT III.

Cogitandum vero est quomodo ipsi habitantes  
 & degentes monachice philosophiae certatores  
 dignos esse ostendamus. Volumus enim nullum  
 monasterium sub ditione nostra constitutum, siue  
 plurimorum hominum est, siue paucorum: mona-  
 chos qui ibi sunt, diuisos ab alterutris esse, & pro-  
 priis habitationibus vii: sed communiter quidem eos  
 comedere sancimus: dormire vero omnes in com-  
 muni: vnoquoque quidem in propria quadam stratura  
 iacente, in domo vero vna collocatos: aut si forte non  
 sufficit ad multitudinem monachorum domus vna, in  
 duas forsitan aut plures, non tamen seorsum & apud se-  
 metipsos, sed in communi, testes alterutris sint ho-  
 nestatis & castitatis: neque ipsum somnum desidio-  
 sum habeat, sed meditantem boni ornatum, propter  
 increpationem respicientium: nisi tamen quidam eorum  
 in contemplatione & perfectione degentes, vitam remo-  
 tam habeant in hospitio: (quos vocare anachoretas,  
 id est, discedentes, & hesychastas, id est, quiescentes,  
 consueverunt, tanquam a communione ad meliora  
 exceptos) alioqui alios quibuscumque inter multi-  
 tudinem conuersatio est, in iis quae vocantur cenob-  
 ia, id est, communi vita, esse volumus. sic enim zelus  
 eis ad virtutem crescit, & maxime inueniunt, si cum  
 senioribus constituantur. fiet enim seniorum conuer-  
 satio, inuentus educatio perfecta: & sic sint in cenob-  
 iis suo proprio abbati obediens, & traditam sibi  
 conuersationem inculpabiliter obseruantes.



De monacho qui monasterium dimiserit. CAP. IIII. Siquis autem forte semel dedicatus, schematicque spiritus, deinde a monasterio discedere voluerit, & priuatam fortassis eligere vitam: ipse quidem sciat quam pro hac dabit Deo satisfactionem: res autem quasque habuerit dum in monasterium intrabat, eas dominij esse monasterij: & nihil penitus eiiciat.

De viro vel muliere qui queat solitariam vitam appetit. CAP. V. Illud quoque decernimus: qui in monasterium intrare voluerit, antequam monasterium ingrediatur, licentiam habere, suis vii quo voluerit modo. Ingre dientem namque simul sequuntur omnino res: licet non expressim, qui introduxerit eas, dixerit: & non erit dominus earum ulterius villo modo. Si vero filios habuerit: si quidem contigerit iam eum res aliquas donasse eis, aut per antenuptialem donationem, aut per dotis occasione conuulisse, & faciunt hanc quartam ab intestato eius substantiam: nullum in reliquis rebus habeant participium filij. si autem nihil eis donauerit, aut minus quarta: postquam abrenuntians conferuatus fuerit inter monachos, nihilominus quarta debeat filijs, aut supplementum, si contigit eos iam aliquid accepisse, aut etiam quatenus totum eis detur. Si autem vxore habens, deinde eam relinquens, in monasterium ingrediatur: & dos mulieri seruetur, & ex morte pactum, (quod in alia nostra sancimus constitutione) omnibus quae super monachis de his dicta sunt, & in mulieribus in monasterium ingredientibus, valituris.

De monacho monasterium dimittente. CAP. VI. Si vero relinquens monasterium, ad quandam veniat militiam, aut ad aliam vite figuram: substantia eius etiam sic in monasterio (secundum quod a nobis prius dictum est) remanente, ipse inter officiales clarissimi provinciae iudicis statuatur: & hunc habeat mutationis fructum, vt qui sacrum ministerium despexit, tribusualis terreni obseruet seruitium.

De monacho qui de vno ad aliud monasterium transiit. CAP. VII. Si vero relinquens monasterium in quo conuersationem habuerit, ad aliud transeat monasterium: etiam sic quidem eius substantia maneat, & vindicetur a priori monasterio vbi abrenuntians hanc reliquit. Competens autem est reuerendissimos abbates non suscipere eum qui hoc egit. Arronea namque talis est vita monachica, nullatenus tolerantis proxima, neque constantis & persistentis animae, sed iudicium habentis circumsatae, & aliunde alia requiruntis. Ea propter etiam hoc prohibent Deo amabilem episcopi & archimandritae nuncupati, monachicam honestatem secundam regulas sacras conuersantes.

Ne monachi vxorem ducant aut concubinam. CAP. VIII. Siquis autem monachicam profitentium conuersationem maritum clericum ordinationem: maneat etiam sic puram seruans conuersationem, quod si facti clerici abutantur fiducia, & ad nuptias venire praesumant: quippe in tali gradu constitutus inter clericos, qui ei vxorem ducere permittat: (dicimus autem gradum eantorum aut lektorum, alijs enim omnibus nuptias secundum sacras regulas penitus interdiximus, aut concubinas habere, aut luxurijs tradere vitam) excludatur modis omnibus a clerico, tanquam prior conuersationem & solitariam confundens vita: & priuatus sit de cetero: ad militiam quidem, aut ad aliud officium venire non praesumens nisi voluerit dudum a nobis interminatus subiacere poenis: ipse autem apud semetipsum degens, & agnoscens qualem praeter hoc dequis sit magno Deo satisfactionem.

De electione & creatione abbatum, & ut constitutio sit eorum tam monachis quam saecularibus. CAP. IX. Ordinationem vero abbatum (si quando contigerit egere monasterium abbate) non per ordinem reuerendissimorum fieri monachorum, nec omnino eum qui post primum est, mox abbatem fieri: nec qui post illum secundus est, neque primum, aut reliquos (hoc quod etiam alia lex nostra dicit) sed Deo amabilem locorum episcopum percurrere quidem consequenter per omnes, (non enim ex honorandum est omnino tempus, & ex eo ordo) & eum qui apparuerit prius optimus inter monachos constitutus, & dignus praesulatu eorum, hunc eligere: eo quod humana natura talis est, quod neque omnes per ordinem inter summos, neque rursus omnes inter nouissimos constitui quidem sint: sed procedat quidem secundum gradum praecedentis inspectio: qui vero prior mox inter numeratos optimus apparuerit, is abbas sit, & ordinem simul & virtutem suffragantem habens. Oportet enim eos qui discernunt quod melius est a peiore, aliquid quidem ad regendum dimittere, aliud vero inclinari iubere, & paulatim per eruditionem hoc etiam ad melius accedere.

Quaeque tamen a nobis in omnibus quae prius & quae nunc prolata sunt, sacris nostris constitutionibus sunt sancita de clericis, aut monachis, aut monasterijs, hanc communia ponimus & in masculis & in foeminis, & in monasterijs & aseceterijs: non differentes quantum ad istos masculum aut foeminam eo quod sicut praediximus, vnum omnia in Christo consistant. EPILOGVS. Hec igitur omnia sanctissimi patriarchae sub se constituit Deo amabilibus metropolitibus manifesta faciant: ad illi subiectis sibi Deo amabilibus episcopis declarent: & illi monasterijs Dei sub sua ordinatione constitutis cognita faciant: quatenus per omnia Domini cultura inaneat vndique incorrupta. Imminere enim maximae poenae ista transgredientibus: dicimus autem de caelo: quae necesse est rectorum dogmatum contemptoribus imminere. Et nostrae si quidem reipublice iudices si hae eis nuntientur: omnibus student modis ea quae sacris regulis continentur, quas nostra sequitur lex, ad effectum perducere procurare. Nam nec illos deserit poena hae negligentis. Quae propter sequentem hanc tuam sanctitatem decet omnibus sub se positus sanctissimis metropolitibus hanc facere manifesta. Dat. x. i. i. i. Kalen. April. Constantinopoli, Relisario viro clarissimo Cos.

QUOMODO OPORTEAT EPISCOPOS & reliquos clericos ad ordinationem adduci, & de expensis ecclesiarum. TITVLVS VI. NOVELLA CONSTITVTIO VL. Imp. Iustin. August. Epiphano archiepiscopo & patriarchae Constantinopolitano. PRAEFATIO. Maxima quidem in omnibus sunt dona Dei, & superna collata clementia sacerdotum, & imperium: & illud quidem diuinis ministrans: hoc autem humanis praesidens ac diligentiam exhibens: ex vno eodemque principio vtraque procedentia humanam exornant vitam. Ideoque nihil sic erit stultius imperatoribus, sicut sacerdotum honestas: cum vtrique & pro illis ipsi semper Deo supplicent, nam si hoc quidem inculpabile sit vndique, & apud Deum fiducia plenum: Imperium autem recte & competenter exornat traditam sibi rempublicam, erit con-

sonantia quaedam bona, omne quicquid velle est, humano conferens generi. Nos igitur maximam habemus sollicitudinem circa vera Dei dogmata, & circa sacerdotum honestatem: quam illis obtinentibus, credimus quia per eam maxima nobis dona dabuntur a Deo, & ea quae sunt, firma habebimus: & quae nondum habemus venerunt, acquiramus. Bene autem vniuersa geruntur & competenter, si rei principum sit decens & amabile Deo. Hoc autem futurum esse credimus, si sacrarum regularum obseruatio custodiantur, quam iusti & laudandi & adorandi inspectores & ministri Dei verbi tradiderunt apostoli, & sancti patres custodierunt & explauerunt.

De episcopi ordinandi moribus vitae, honestate, & fortuna. CAP. I. Sancimus igitur sacras per omnia sequentes regulas, dum quisquam sequenti omni tempore ad ordinationem episcopatus adducitur, considerari prius eius vitam, secundum sanctum apostolum, si honesta & inculpabilis & vndique irreprehensibilis sit, & in bonis testimonium habeat, & sacerdotem decens: 1. ¶ Et neque ex officiali aut ex curiali veniat fortunatus: tamen ex nouella aetate (secundum quod iam dispositum est) in monasterio constitutus fortuna liberetur: quatenus tamen prius substantiam reddens curiae. 2. ¶ Neque enim idiota, ex iis qui vocantur laici existens, ita mox ad episcopatum ascendat: nec imaginariam suscipiat ordinationem, tanquam modo quidem idiota, mox autem clericus, deinde paruum aliquid tempus praeteriens, episcopus appareat. 3. ¶ Et neque vxori alij copulatus: sed aut in virginitate degens a principio, aut vxorem quidem habens ex virginitate autem ad eum venientem, & non viduam, neque seiuictam a viro, neque concubinam. 4. ¶ Neque filios aut nepotes habens neque cognitos legi, neque illi odibiles aliqui qui praeter hoc aliquid agit: & ipse cadet sacerdotio: & qui eum ordinat, foris episcopatum sedabitur, hanc legem offendens. 5. ¶ Sed neque pecuniis oportere emere sacerdotium ei permitimus: solum vero eum respicere Domini Dei culturam volumus: & non plurimum humanis cogitationibus distrahatur. 6. ¶ Sed neque ineruditus existens sacrorum dogmatum, ad episcopatum accedat. 7. ¶ Prius autem ad monachicam vitam profectus, aut in clero constitutus non minus mensibus sex, vxori tamen non coherens, aut filios aut nepotes habens. Hoc enim omnimodo super Deo amabilibus episcopis querrimus: sicut etiam prius duabus nostris constitutionibus hoc sanctum est: per quas dudum coherentes vxoribus, non perferuntur, omne praeteritum relinquentes, de cetero autem nulli permittentes a positione legis vxorem habentem, italem imponi ordinationem: quam legem etiam nunc renouamus: ne forte si praeter hoc aliquid fiat: & ipse cadat sacerdotio, & ordinationem similiter excludi procuret. Igitur ordinandus episcopus, aut ex monachis, aut ex clericis sit etiam in huiusmodi vita testimonij boni, vita bonus & honestus, & gloria fruens bona: & hoc fundamentum pontificatus deponens suae animae. 8. ¶ Sed etiam sic eum constitutum, & ad episcopatum praeparatum, competens est venerabilis & vndique probatus legere regulas ante ordinationem, quas recta & inuoluta nostra suscipit fides, & catholica Dei apostolicaque disposuit & tradidit ecclesia: & dum ex frequentium earum lectione transierit qui ad ordinationem deducitur, tunc is qui ordinationem impositurus est, interroget eum si sufficiens esse custodire & agere quae sacrae regulae sancierunt. Et si quidem ille declarauerit & dixerit praetercepta sacrarum regularum non se valere seruare: nullo modo ei ordinationem imponi, si vo-

ro susceperit, & dixerit quia quantum homini est possibile, complebit hanc quae his continentur, tunc monere eum, & dicere quia nisi hanc obserauerit, & a Deo alienus erit, & cadet a iam dato honore: & neque civiles leges delictum inultum relinquentes: quod a praecedentibus nos imperatoribus & a nobis ipsis recte dictum est oportere sacras regulas pro legibus valere. & si etiam sic permanerit cautam amplectens: tunc super his professionibus vnumquemque sacram suscipere episcopatus ordinationem.

9. ¶ Et hanc non pecuniis emere, neque per rerum aliquarum donationem suscipere, sed puram percipere, & sine mercede, & tanquam a Deo datum: nam si etiam alia omnia habeat villia quae prius a nobis dicta sunt, pecuniis autem vel rebus videatur episcopatum etiam emisse, sciat se & ab episcopatu casurum, & hoc munus retribuendum ordinanti: vt & ille episcopatum amittat, & a clero cadat: & vtrique causa talem praestet retributionem, vt & hic quidem non adipiscatur quae sperabat, ille autem etiam quae habebat, amittat: veruntamen pecuniis ac rebus datis occasione ordinationis, sanctissimae assignandis ecclesiae, siue episcopus sit accipiens, & propterea a sacerdotio cadens: siue etiam quilibet alius in clero constitutorum, nam & illi aquam imponimus poenam: vt ab ordine quem inter sacerdotes habuerit, cadat, & reddat aurum, aut res quae ordinationis occasione datae sunt, iniuriam passum quantum ad ipsum ecclesiae. Si quis autem extraneorum sit, non in clero constitutus, qui aurum aut rem aliquam propter patrocinium ordinationis accepit: & maxime, si administrationem aliquam gerat: habebit quidem ipse a Deo poenam, & succedent ei de caelo supplicia. Veruntamen etiam illud quod datum est, totum ablatum ab eo, sanctissimae ecclesiae omnibus reddatur modis in duplum. Insuper etiam si quam administrationem habet, ea cadat, & perpetuo exilio condemnatur. Illud quoque sciat apertè qui pecuniis aut rebus alijs emerit praesulatum: quia si prius diaconus aut presbyter sit, deinde per suffragium ad sacerdotium veniat: non solum cadat episcopatum, sed nec prior ei relinquetur ordo, presbyterij forsitan, aut diaconatus. Amittit etenim etiam illud, vt pote decernit indignè concupiscens: & omni sacerdotali excludetur ordine. Oportet autem in ipso ordinationis tempore eum qui imponit eam, illi coram omni fidei populo sanctissimae ecclesiae hanc omnia praedicere, vt agnoscens eum omnia quae prius dicta sunt a nobis habere, ad sacram eum deducat ordinationem, vt etiam ille coram omnibus hanc audiens, non solum habeat Deum timorem, sed etiam coram omnibus denunciationem & professionem erubescat.

10. ¶ Si quis autem talis quidem esse putetur, & ad episcopatus ordinationem transeat, contradicat autem aliquis, atque dicat confcium se esse allicuius illicitorum eius: non prius mereatur episcopatus ordinationem, quam examinatio quaerimoniarum fiat, & appareat vndique innocuus. Quod si etiam post huiusmodi contradictionem, non passus is qui ordinationem facit, legitimam examinationem imponi cause; curat ad ordinationem, sciat, quod ab eo sit, pro nihilo esse. sed & is qui contra legem facit, cadat sacerdotio: & qui sine probatione imponit ordinationem, & ipse quidem similiter cadet sede sacerdotali: reus autem erit Deo, qui praecipue omnium querrit sanctorum sacerdotum puritatem. Si tamen is qui ordinationi contradicit, aut examinatione facta probetur calumniator, aut in ipso principio, neque in examinatione persistere confidat: segreget istum in perpetuum a sacra communione is qui ordinationem facere vult: vt non ipsa falsitas impunita sit. Sicut enim bonam gloriam in eo qui ordinandus est, querrimus: ita etiam calumniam in eo qui frustra accusauit, punimus.

Si vero nemo accusauerit omnino, aut in totam denuncians examinationem non faciat, aut facta examinatione demonstrare (sicut praediximus) non valuerit accusationem veram: tunc oportet eum, qui per tot vias inculpabilis apparuerit, accedere ad venturam ordinationem. Qui enim ita ordinatur, ex hoc multa & meliora cognoscit praceptorum, & non incurrit ad vitam impunitam huiusmodi eruditus animo, verbo, & opere corporis & sapientia.

Ne episcopus ultra annum extra ecclesiam suam degat.

CAP. II.

ET illud etiam definimus, ut nemo Deo amabilium episcoporum foris a sua ecclesia plus quam per totum annum deesse audeat nisi hoc per imperialem fiat iussione: (tunc enim solum erit inculpabile) sacratissimis patriarchis vniuersiuique dioceses compellentibus Deo amabiles episcopos suis inhzere sanctissimis ecclesiis: & non longo itinere separari, neque in peregrinis demorari velle, neque sanctissimas ecclesias negligere, neque annum excedere, quem & ipsi propter misericordiam constituimus. Si vero ultra annum errauerit & dereliquerit, & non ad episcopatum remauerit proprium, neque imperialis aliqua eum (sicut praediximus) detineat iussione si quidem sit metropolitae, circa ecclesiasticam dispositionem segregatum, regionis illius patriarcha reuocet quidem cum legitimis in clamationibus, seruans vbi que sacrarum regularum obseruationem. Si vero maneat per omnia inobediens, expellatur a sacro episcoporum choro: & alium introducat huiusmodi & reuerentia & verecundia & honestate dignum. Si vero non metropolitae, sed aliorum episcoporum aliquis sit, qui errauerit: haec omnia a metropolitae fiant. Nemo enim eorum talem suscipiat occasionem, si dixerint propterea proprias derelinquere ecclesias, propterea quod litium causas, aut aliarum rerum propriarum, aut ad sacras ecclesias respicientium circumlustrant, & hic constituti adherent, aut in aliis veniant locis. Hoc enim non habet decentem rationem, ut cum multitudine, quam necesse est episcopum habere, ministeria lustrent peregris, & expendant, & neque vllum sanctissimis ecclesiis lucrum, neque vllum praebere iuuenem, neque secundum quod deest sacerdotem, proprium habere habitum: praesertim cum liceat si quaedam sunt lites sanctissimis ecclesiis propter quas has occasiones afferunt: hoc per eos qui sub ipso sunt religiosi clericos, aut apocrifarios, aut economos mouere, & petitiones ad imperium dirigere: imperare autem sperata. Propterea sancimus, si quando propter ecclesiasticam occasionem inciderit necessitas, hanc aut per eos qui res agunt sacrarum ecclesiarum, (quos apocrifarios vocant) aut per aliquos clericos huc destinatos, aut economos suos notam imperio facere, aut nostris administratoribus, ut impetrent quod competens est: & non hoc Deo amabilibus episcopis erroris, & absentiae, & sanctissimis ecclesiis laesionis occasionem fieri, tam in prouincia ecclesiasticis rebus per absentiam eorum neglectis, quam etiam hic expensis multis ab ipsis factis, nec non peregre habitatione non habili constituta, & vndique causa nullum iuuenem, magis autem laesionem, ecclesiis sanctissimis inferente.

Ne episcopi ad comitatum principis accedant absque iustitiae litteris.

CAP. III.

NON autem aliter aliquem Deo amabilium episcoporum praesumentem, dirigere se ad hanc felicissimam ciuitatem, priusquam (si quidem episcopus sit) litteras acceperit proprii metropolitae ad impe-

rium: & quae secundum diuinas regulas probabilia vocantur testimonium perhibentia necessitate eius presentiae. Si vero metropolita sit qui praesentiae litteras sumat eiusdem diocesis patriarchae, eius praesentiam necessarium esse dicentes: & sic oportet imperatorem libere hunc praesentari, & non temere & sine conscientia metropolitae aut patriarchae proficisci, pro eo quod hoc dicitur inter dictum est regulis: ut huc aduenientes non praesentent per semetipsos se prius pronuntiare ad imperium: sed primitus aut ad Deo probabilem patriarcham proficisci, aut ad vniuersumque diaconum ex quo sunt apocrifarios: & cum ipsis conferant causas propter quas venerunt, & ingressi ad imperium eorum, & deinceps imperiali persui aspectu. Neque quam imperanti assuerint, liceat qui in personabus episcopis, aut per eos qui vocantur refrenari, i. sanctissimae maioris ecclesiae, aut per religiosos apocrifarios eiusque diocesis, aut sanctissimae patriarchae, suggerere se imperio, & promittere responsum celebriter: ut si aut iusta ad imperio perierint, & accipiant, aut si non ista quaerant, velociter reuertantur vnde profecti sunt.

SECUNDA PARS LEGIS.

De clericis quales eligendi sunt.

CAP. IIIII.

HAEC autem de amabilibus episcopis secundum diuinas constituentes regulas, & religiosos clericos cum multa fieri inquit one secundum diuinas regulas, & boni testimonij viros ordinarimus, licet omnino scientes, & eruditos constitutos. Litteras enim ignorantes, omnino nolumus neque vnum ordinem suscipere, clericorum videlicet, presbyterorum, & diaconorum, tam sacras orationes docentium, quam ecclesiarum & canonum legitimum libros: ordinari nem sine querela & inculpabile, & sine aliqua contradictione & datione pecuniarum aut rerum suscipiente. Neque enim eos volumus omnino officiales aut curiales constitutos suscipere ordinationem, nisi secundum leges quas super his posuimus pridem, quas & hic nunc confirmamus: ipsos autem ordinatos sacra praesentia in conspectu totius populi suscipere, propter has ipsas causas, propter quas hoc ipsum agi etiam super Deo amabilibus episcopis sancimus.

CAP. V.

NEque autem secundas habentem aut eum qui habuerit nuptias, ordinari in diaconum aut presbyterum, neque si mulieri coniugatur secundum, & proprium virum derelinquit: sed neque si concubinam habeat, si d & ipsam vxorem, si cum castitate & ex virginitate sit. Nihil enim sic in sacris ordinationibus, diligimus, quam cum castitate viuere, aut cum vxoribus non cohabitantes, aut vnius vxoris virum qui vel fuerit, vel sit, & ipsam castitate eligentem, primum principium & fundamentum manifestum secundum diuinas regulas & residuum virtutis constitutam. Si autem aliqui presbyter aut diaconus aut subdiaconus postea ducat vxorem aut concubinam, aut palam, aut occulte, sacro statim cadat ordine, & deinceps idiota sit. Quod si & lector secundum ducat vxorem propter quaedam, & hoc forsitan irrecusabile necessitate, nullatenus ad altiorem accedat gradum, neque per suatur gradu maiori in sacerdotio: maneat autem in eodem gradu perpetuo: sed non ad tertias veniat nuptias. Satis est enim si ad secundas. Si vero aliquid tale egerit, & ad secundas veniens nuptias, ad maiorem gradum venire festinauerit: exinde idiota erit & laicus, omnino sacro ministerio cadens. Pudice etenim nobis per omnia pertinet viuere. Si enim tales constituti in qui in clero adducuntur, ordinentur: facilius eis ad episcopatum accessus erit.

ex multis vitiis facilius inueniantur qui adducantur ad primum gradum sacerdotij digni.

De diaconis minoribus 50. annis non ordinandis.

CAP. VI.

QUANTA igitur super venerabiles clericos a nobis dicta sunt, haec etiam super Deo amabilibus diaconis agi volumus: ut neque ipse citra obseruationem fiant: sed primum qui lem eis etatem neque nouellam esse neque crescentem, neque ex hac ad delinquendam salientem: sed super mediam constitutus etatem, & circa quinquaginta annos secundum diuinas regulas agere: neque sacram promissionem dationem: & aut virgines constitutas, aut vnius viri que fuerant vxores. non enim permittimus neque secundas contrahentibus nuptias, neque vitas habentibus non dicimus reprehensibilem, sed neque suscipiam omnino, ad sacrum venire ministerium, & adorandi ministrare baptisimatibus, & aliis addele secretis que in venerabilibus ministerijs per eas rite aguntur. Si vero quaedam necessitas fiat, & minorem hae etate quam dicimus, ordinari diaconissam contigerit: liceat eam in aliquo venerabilium a sacrorum ordinari, & in illo habitare. Nequaquam viris admixta constituta sit: neque suo arbitrio habitans: sed vix separata & medioeris, & a conueniente multitudine bonum testimonium habens. Volumus autem & ipsas que ad ordinationem perducuntur diaconissas sine ex viduitate, sine ex virginitate, non cum aliquo coherentes aut cognatorum, aut eorum quos appellant dilectos: (satis enim nominibus vtentes, magna suspitione suam replent vitam) sed aut solae habitant, aut cum parentibus solis & filijs, aut vti & fratribus: aut cum collegiis de quibus si quis suspicari aliquid praesumpserit malignum, ipse suspicari simul & impius forsitan putabitur. Et si dicatur tale aliquid de aliqua earum que in diaconissarum ordinationem ingredi vult, quod alicui cohaerere sub imagine quidem bonae appellationis, magna vero suspitione: non oportet huiusmodi mulierem perducere omnino ad ordinationem diaconiae. Nam si ordinetur, & tale aliquid egerit, & cohaerere alicui cum praedicto nomine aut schema, eadem quidem a diaconia: & ipsa & ille subiecti erunt huic legi & reliquis que corruptores puniunt. Oportet enim omnes que ordinantur venerabiles diaconissas, tempore ordinationis & moneri, & sacrorum audire mandatorum praepara coram reliquis que dudum sunt venerabiles diaconissae: & ipse Dei timorem habent, & adhaerentem sacris mandatis fiduciam: timere autem & confundi sacro cadere ordine: scilicet quod si praesumpserint aut erubescerent ordinationem, aut derelinquentes sacrum ministerium ad nuptias venerint, aut aliam omnino elegerint vitam: ipse quidem obligatae efficiuntur mortis: & substantia earum applicabitur sanctissimis ecclesiis aut monasterijs in quibus sunt. Qui vero eas aut vxores accipere aut corrumpere praesumpserint: obnoxij quidem & ipsi gladio erunt: substantia autem eorum applicabitur sacro. Si enim in antiquis legibus, virginibus illis que in eorum errorem vocabantur, mortis iacumbat damnatum corruptis: quomodo non magis nos in iis que a Deo glorificantur, definimus, pudicitiam (quae quam maxime mulieres exornat) conferuari volentes, quam diligentissime a venerabilibus diaconissis, ut quod deest naturae, custodiant, & quod debetur sacerdotio, continent?

De clericis in aliam vitam formam transferentibus.

CAP. VII.

SEmel autem secundum hoc factos diaconos aut presbyteros, nullo modo derelinquere sacerdotium, quod non solum in presbyteris & diacono-

fancimus, sed etiam si subdiaconus aut forte lector fiat aliquis, hunc relinquere pristinum schema, & ad alteram migrare vitam: scientem quia si tale aliquid egerit, (secundum quod a nobis iam sancitum est) aut in curiam cum subaptia, aut sub inopia degens ad officialem deponetur formam.

TERTIA PARS LEGIS.

De expensis ecclesiarum, & clericorum in diuersa situatiae non facienda.

CAP. VIII.

SED neque effusas competit fieri de cetero reue- rendissimorum clericorum ordinationes. quod enim haecenus gestum est, licet corrigi oporteret, tamen propter tempus finimus: de cetero autem non propter hoc fieri, neque ad damnum sanctissimarum ecclesiarum venire sancimus. Quae cumque igitur oportebat de tali modo in sanctissima maiore ecclesia huius nostrae regis ciuitatis, & sub ea constitutis sanctissimis ecclesiis, & aliis que hic sunt, fieri, hac speciali lege complexi sumus. In omnibus autem que foris sunt locis, sancimus, si quis cum constituerit ab initio & edificauerit ecclesiam, definitiue ordinationum mensuram, tamquam secundum eam expensas constituens: non prius ordinari quemquam in eadem ecclesia, nisi ad numerum a principio definitum eius mensura redigatur. Si vero hoc non fecerit, ipsa vero ciuitatis ecclesia ministrat emolumenta & sibi & aliis ecclesiis: tunc nos promptum sit augere illi clericos, neque propter aliquas forte compassionem aut beneficia ex hoc eam sumptibus praegravare: (non sunt enim hae pia, neque sacerdotibus digna) sed ex quibus Dominus dederit Deus, ex iis que possibilia sunt administrare, aut antiquam conseruare consuetudinem, nihil penitus innovantem. Vnde competit Deo amabiles patriarchas & metropolitae huius habere prouidentiam, & eos quidem qui haecenus sunt, sine in scientate in quo sunt clericos: metiri vero vniuersiuique ecclesiarum virtutem: & ita ipsos quoque sanctissimos patriarchas sub se constitutas ecclesias ordinare, & metropolitae hoc ipsum a sanctissimis patriarchis commouitis facere, illos autem alios omnes sub se positos episcopos ad mensuram hanc deducere: & studere non ultra expensas clericorum ordinationes, scimus enim quantae sanctissimae ecclesiae propter hanc ordinationem, & alterius expense effusionem, inopes facta sunt. Et quia aliquas earum: vix quidem, tamen liberati sumus: quaedam vero adhuc oneratae iacent, ex tali releuari angustia non valentes: ideo hoc prouideant sanctissimi patriarchae & metropolitae, & reliqui Deo amabiles episcopi, ut nos que ab eis aguntur discentes, approbemus eos qui nostram legem in litteris positam apud semetipsos ostenderunt operibus adimpleri.

EPILOGVS.

QUAE igitur a nobis sancita sunt, & sacrum ordinem statimque custodiant secundum sacrarum regularum obseruationem & virtutem, de cetero conseruent perpetuo integra & sanctissimi patriarchae vniuersiuique diocesis, & Deo amabile: metropolitae, & reliqui reuerendissimi episcopi atque clerici, vbi que Dei culturam & sacram disciplinam custodientes inuolant, postea imminente hae praeruaricanti, quo penitus alienum sit a Deo, & imposito sibi sacerdotij ordine, nam velut indignus hoc excluditur. Licentiam vero vniuersis damus, caeterumque sint officij vel conuersationis, respectantibus aliquid horum praeruaricari, nuntiare nobis, & ad imperium quod semper est: ut nos qui hae secundum sacrarum regularum explanationem, apostolicamque traditionem constituimus, decentem etiam indignationem praeruaricantibus inferamus: etiam his videlicet que